

H. Sax. E
120

H. Sax. Inv. E 128.

Sal. gen. 112 b.

TRIA DIPLOMATA ARCHIVI DVCALIS
VINARIENSIS

ADHVC INEDITA AC INCOGNITA,
COMITIS WICHMANNI, FUNDATORIS CALTENBORNENSIS,
VITAM ET FAMILIAM,
COENOBII ETTERSVRGENSIS FERE IGNORATI ORTVM ET FATA,
ALIASQVE RES PRAECIPVE THVRINGICAS ILLVSTRANTIA,
^{CVM}
NOTIS ET OBSERVATIONIBVS HISTORICIS, DIPLOMATICIS,
ET LITTERARIIS;

QVIBVS
VIRO PLVRIMVM REVERENDO DOCTISSIMOQVE,
DOMINO
CHRISTIANO GVILIELMO
SCHNEIDERO,

ADHVC
SERENISSIMO DVCI NOSTRO SAXO-VINARIENSI ET ISENACensi
IN CONSISTORIO SVPERIORI, QVOD EST VINARiae, A CONSILIIS,
ATQVE ARCHIDIACONO AEDIS DIVIS PETRO ET PAVLO
DICATAE OPTIME MERITO,

NVNC AVTEM
IN EPHORVM ECCLESIARVM PRINCIPATVS ISENACENSIS
GENERALEM NON MINVS, AC CONSISTORII SVPERIORIS, QVOD EST
ISENACI, CONSILIARIUM EVOCATO,
FAVTORI ET AMICO AESTVMATISSIMO DILECTISSIMOQVE
ABITVM PARANTI
S V I M E M O R I A M

DE MELIORI COMMENDAT
IOANNES LVDOVICVS ECKARDT, D.
SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI ET ISENACensi IN AVLA ET
REGIMINE A CONSILIIS, NEC NON TABVLARII SANCTIORIS CVSTOS.

VINARiae
IMPENSIS BIBLIOPOLII HOFMANNIANI. 808
M D C C L X X X I I.

plan 2. folio

СЛАВУ САМОГО БОГА ИМЕЮЩИХ
ЗАВИДЕНИЯ

БЫЛИ СОСТАВЛЕНЫ ПОД РУКОВОДСТВОМ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

ПОСЛАНИЯ КОМПАНИИ ДЛЯ ПОДАЧИ ВЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

ПОСЛАНИЯ КОМПАНИИ ДЛЯ ПОДАЧИ ВЪ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ
СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КОМ
КРЫМСКОМУ ЧЕРНОМОРСКОМУ ГОСУДАРСТВУ

VIR PLVRIMVM REVERENDE
DOCTISSIMEQVE,

Fautor longe aestumatissime,

Amice dilectissime!

Quid hac in vita sincero amico iucundius? Quantum etenim bonum est, ubi sunt praeparata pectora, in quae tuto secretum omne decendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet? 1) Solem igitur e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt 2). Hem quam suavis mihi quoque fuit familiaritas Tua, ex quo eam mecum contrahere haud es deditus! Statim ac aliquoties TE-

1) Seneca de tranquill. anim. Cap. 7.

2) Cicero in Lael. Cap. 13.

cum versari mihi forte fortuna contigerat, non potui non, quin
frequentiorem TEcum conuersationem, immo et amicitiam Tuam
diligentius ambuerim, qua in re TE haud difficilem expertus sine
mora TEcum contraxi amicitiam suauiissimam et ad omnem comi-
tatem facilitatemque procliuiores atque hunc vsque in diem sanctis-
sime cultam. Quoties exin tempus, quod alii epulis et commissa-
tionibus, alii aliis iisque absentibus rodendis, alii secretissimis
regum principumque consiliis auscultandis atque ad modum stan-
narii ab Holbergio conficti percensendis consumunt, id de nouis
litterariis, de statu rei sacrae hoc primum tempore perturbatissimo,
de adiumentis historiae tam sacrae quam ciuili, in primis Germaniae
et maxime almae huius, quam insidemus, regionis importan-
dis sermocinando traduximus? Quanto gaudio nobis fuere mo-
numenta et chartae antiquiores, quibus priscae harum terrarum
faciei, moribus maiorum nostrorum, generi principis vel comitis
cuiusdam hisce in regionibus quondam incluti, praecipue eius,
a quo Serenissimi Duces Saxoniae orti sunt, aliquid lucis; immo
et scintillula adspergebatur? Hinc non ignorans voluptatem, quam
ex eiusmodi chartis percipere soles, non incongruum nec TIBI in-
gratum fore duxi, si TIBI valēdicturo in amicitiae nostrae testimo-
niū tria diplomata adhuc inedita ac historiam Thuringiae et sa-
cram et ciuilem non parum illustratura publice traderem. Sunt
vtique in Tabulariis huius loci, et in illo Serenissimā Domui Saxo-
nicae communi, et in altero; quod Clementissimo Duci nostro

pro-

proprium, eiusmodi cimelia quam plurima, quae obstetricias manus
eo feruentius expectant, quo magis historiae patriae, quam D^ec^t
gratias! nunc in deliciis habent erudit*i*, non parum essent profu-
tura et quo minus Serenissimi eorum Domini et in primis Dux noster
Clementissimus; quippe rei litterariae quam maxime fauens, orbi
eruditorum illa forent inuisuri. Nolint mihi vitio vertere harum
rerum aestimatores, quod iis edendis gloriolam quandam aucupari
omittam; Quid enim ab homine expectandum, cui grauibus Regi-
minis negotiis distentissimo raro vel unica vacat hora, qua hasce
delicias tanquam canis e Nilo possit degustare? Hinc tempori ser-
viendum vique officii non quod voluptati et gloriae simul foret,
sed quod Principi Serenissimo eiusque terris et subditis magis pro-
ficuum, omni studio expediendum. TV, amicissime SCHNEI-
DERE, huius rei testis es sincerus et grauis. Ignoscas huic di-
gressioni, quae quo Tu^r testimonio suffulta ignauiae vel inuidiae
notam tabulariorum custodibus facillime imminentem a me auertat,
commodiori loco fieri vix potuit. Sed reuertar ad propositum,
cuius causa hoc qualecumque opusculum fuscipere mecum constitui.
Euocauit TE Dux noster Clementissimus, Princeps optimus,
quem Deus Nestoreos in annos incolumen felicissimumque esse
iubeat! ex Archidiaconatu, cui huc vsque maxima cum laude hac
in vrbe praefuisti, in summum sacrorum Antistitem terrarum Ise-
nacensium, probe gnarus, vti optime nouit suos, TE pro singu-
lari, qua ornatus es, pietate atque eruditione ibi multo magis et

Ipsi et rei sacrae esse profuturum. Gratulor TIBI ex animo sincerissimo de hac sparta praeclara, totoque pectore opto, ut illa feliciter et cum omnium bonorum applausu usque ad summam senectutem perfungaris! Doleo equidem quam maxime abitum Tuum, sed est ea eruditorum conditio, ut ipsis non raro sedes mutanda, quo occupent dignorem. Quis aequus TE ob id reprehendat? Certe non ego, quanquam hac in re haud leuem faciens iacturam. Mitiges hanc, amicitiam etiam in absentia colendo et consuetudini litteras frequentiores substituendo. Hoc est, quod enixissime abs TE petit

CELEBERRIMI NOMINIS TVI

Dab. Vinariae,
ipsis Nonis April.

MDCCLXXXII.

JOHANNES LUDOVICVS ECKARDT, D.

aqi.

8 A




D I P L O M A I. 1)

quo Adelbertus I. Archiepiscopus Mogunt. confirmat donationem
decem ecclesiarum a Comite Wichmanno eccliae B. M. V.
Erfurtensi factam.



In 2) nomine sancte et individue trinitatis. gaudium et
leticia pax et exultatio omnibus Christi fidelibus maxime
autem huius scripti seriem pia caritate intuentibus. 3)
Ego adelbertus omnipotentis dei misericordia sancte
mogontinæ Ecclesiæ archiepiscopus et apostolicæ sedis legatus. 4)
Notum fatio omnibus Ecclesiæ dei fidelibus tam posteris. quam pre-
sentibus. qualiter in partibus turingiæ. quidam nobilis miles Christi
liberis ortus natalibus et omni insignitus prosapiæ decore. comes
Wich-

- 1) Illud pergameno esse inscriptum, vel ipsa temporis, quo conditum,
prodit ratio, neque ullum in marginibus relictum est spatium.
- 2) Christi hoc tempore visitatissimi ne minimum quidem vestigium
neque in fronte neque in calce diplomatis deprehendimus.
- 3) hoc verbo finit versus primus, qui litteris vñcialibus s. longioribus
minusculis constat. M̄tae iis exacte respondent, quas exhibet
Chron. Gottwic. Tom. prodr. P. I. in Tab. ad pag. 307. hoc ex-
cepto, quod abbreviations non per ff, sed per ff indigitatae.
- 4) de hoc Aepiscopo egimus in Obseruat. I.




Wichmannus nomine. 5) terrenę hereditatis prole destitutus celestem sibi assumpserit. et universi patrimonii sui. quod eum quidem satis magnum contingebat. cristum heredem fecerit. diversasque inde ecclesias magnifice promouerit. mirabili quodam sed optando atque laudabili more ditari eligens. dum hoc tantum pensabat. ut temporalium impendiis. eterna lucrifaceret. Ipse vero à prima sane discretionis indole. factus verus christi assecla. iam non surdus Euan-gelii auditor. pacem bonę voluntatis hominibus nuntiatam sollicita aure percipere satagebat. totius studij sui summam circa hoc inten-dens. ut lancea sua in falcem ecclesię confabricata. et gladio suo in uomerem sancti spiritus 6) conflato. inter supra dictę pacis filios. re-ciperet portionem Sicque diuina miseratione ad apostolicę sanctitatis vitam promotus in religiosorum virorum ecclesia factus est regularis canonicus. Memor tamen ante beatę et gloriose virginis matris do-mini. et ratus utile fore. reginę patrocinium sibi eppignerare aliquo matrimonio suę hereditatis. quemadmodum vir sanctę semper meditationis. maiori quę est in erpesphort ecclesie. in eiusdem beatę dei genitricis dicate honore. 7) pro salute animę suę. sed et ex dilectione venerabilis viri Embriconis. eiusdem Ecclesie prepositi. 8) de-

cem

- 5) huius Wichmanni genus et alia, quae ad rem pertinent, Observa-tione III. excusimus.
- 6) bis hoc in diplomata occurrit idem scribendi compendium, quod ex-hibet Walther. in Lex. diplom. Tab. CLXXXVIII. col. 376. lin. 13. pro *specie* a. 1397. vſitatum; at contextus diplomatis nostri hunc significatum plane non admittit, immo potius hic nil aliud, quam *spiritus* denotare potest. Inde patet lubricitas explicationum Wal-therianarum, quibus omnino cum grauo falso et caute vtendum.
- 7) Haec est Ecclesia collegiata Erfurtensis, quae a S. Bonifacio fundata vulgo creditur. Vid. si libet, de Falkenstein Chron. Thuring. Lib. II. pag. 979. seqq.
- 8) qui ao. 1128. factus est Episcopus Wirceburgensis. Aut. additt. ad Lambert. Schafnab. ad eund. an. ap. Pistor. S. R. Germ. Tom. 1. pag. 427. edit Struv. Fuit e nobili genere natus, sed vtrum ex Comitib. Leiningensib. an ex Baronib. de Espenfeld? adhuc sub iudice lis est. a Ludewig. S. R. Wirceb. p. 499.

cem ecclesias suis in locis constitutas delegauit. in appolde. 9)
duas ecclesias. Rodorf. 10) heidingesburch 11) bercha. 12) Griz-
heim. 13) Maroldeshusen 14) luibretheroth. 15) busteleiben. 16)
Rameslaha. 17) addensque duarum silvularum terminos. quarum
altera in diephenburnen 18) sita est. altera usque in campestria
Welemannesdorph 19) extenditur. dedit etiam quosdam de mini-
strialibus suis. 20) Helenwigum cum fratribus et sororibus suis.

- 9) hodie: *Appolda*, municipium haud incelebre Principatus Saxo-Vinariensis, de quo plura videsis apud Geographos.
 10) hōd. *Rotdorf*, vicus Dominii Blanckenhaynensis.
 11) hod. *Hetszburg*, vicus Praefecturae Vinariensis.
 12) hod. *Bercka*, oppidum Principatus Vinariensi.
 13) hod. *Griesheim*, vicus Ditionis Schwarzbordo-Rudolphstadiensis,
in confinio oppidi Jlm.
 14) hod. *Marlishausen* & *Maroldshausen*, vicus Praefecturae Schwarzbordo-Arnstadiensis, haud procul a vico *Boessleben*.
 15) locus, qui vel plane interiit, vel longe alio hodie vtitur nomine,
nisi forte in *Liebringem*, maiori vel minori, vicis Praefecturae
Schwarzburgiae Ehrenstein, adhuc supersit.
 16) hod. *Boessleben*, vicus Praefecturae Vinariensis Bercka.
 17) hod. *Ramsla*, vicus Dominii Blanckenhaynensis.
 18) forte hodiernum *Tiefengruben*, vicus Praefecturae Erfordiensis Tondorf, qui hodieque filuis et nemoribus cingitur.
 19) forsitan *Wallendorf*, olim viculus haud procul ab urbe Vinaria versus montem siluestrem Ettersberg dissitus, in cuius loco adhuc quotannis iudicium paganicum (*Heimbürgen* - s. *Heimel-Gericht*) exercetur.
 20) hos Ministeriales non insimae, sed dignioris conditionis fuisse, indigitat non modo titulus *Domini*, quo eorum consanguineus *Altmannus* insignitus, sed et diuersorum allodiorum possessio, vt igitur hoc nostrum diploma egregie confirmet, quae Scheidius in Tr. de superiori et infer. nobilitate Germ. p. 164. not. (n) de huiusmodi Ministerialibus in medium protulit. Notandum enim, titulum *Domini* cōtempore fere non nisi militibus (*Rittern*) esse tributum, Scheid. l. c. p. 68. et allodiorum possessionem tantummodo liberae s. nobilis conditionis hominibus competuisse. Du Fresne Gloss. lat. voc: *Alodis*.



et fratres domini Altmanni; 21) singulos cum suis allodiis. quę omnia in perpetuas possessiones eidem Ecclesię mancipavit; quam nos traditionem legaliter factam esse cognoscentef. et sine alicuius calumpnię controversia stabilem. et inconvulsam manere debere perpendentes. auctoritate sedis apostolice cuius uice fungimur. et sanctę mogontinę Ecclesię omnibus cristianis interdicimus. ut nullam prefatę Ecclesię iniuriam inferre presumant. in determinatis possessionibus. Siquis vero 22) temeraria peruersitate. huic precepto contraire temptaverit. et in aliquo prefinitorum supradictam ecclesiam defrudaverit. hac perpetua dampnatione teneri denuntiamus. et nisi perpetratam iniquitatem condigna satisfactione correxerit. districto spiritus sancti 23) iudicio relinquisus. facta est autem hec traditio. his testibus presentibus. venerabili spirensi episcopo Brunone. 24) Reinhardo haluersta-


dense,

21) Sed cuius *Altmanni*? Scio cum ignarissimis. Floruit quidem circa haec tempora fama non minima *Altmannus* Episcopus Passauiensis a. 1091. mortuus, quem ex Comitum Wettinensium genere fuisse putat Hansiz in Germ. sacr. T.I. p. 256. cui titulus *Domini inter dum Episcopis tributus*, du Fresne Gloss. lat. v. *Dominus*, non aduersatur; quis autem credit, Comites Wettinenses tunc iam Marchionum dignitate coruscantes fuisse ministeriales Wichmanni? Res vltiori indagatione non indigna videtur.

22) Verba sequentia constituunt formulam sic dictam imprecationis, sine qua donationem vel fundationem piam vix subsistere posse credebant maiores nostri, simul ac sacris Christianis erant initiati. Haec inter tolerabiliores eiusmodi formulas merito est referenda, saepius enim tam terribiles existunt, vt iis, qui contrarii quid auerterent, excommunicationem, gehennam et perpetuum diabolorum consortium minitentur. Vid. Systema nov. diplom. ex vers. celeb. Adelungii Tom. VI. p. 434.


23) vid. supra not. 6)

24) qui non, vt Lehmann. in Chron. Spir. Lib. V. Cap. 44. assertit, anno 1123. sed iam anno 1110. quo eius antecessor obierat, fuit electus. v. Brusch. Epit. omn. Germ. Episcopp. in Gualteri s. potius Gruteri Chron. Chronicor. Tom. I. p. 873. Obiit a. 1123. fuitque frater Adelberti.



dense. 25) eiusdemque Ecclesie 26) preposito Embrione. cum fratribus suis. decano. Dietholdo. 27) archipresbitero. Gelperno. custode. Erwino. Adelgero. et ceteris Ecclesie canonicis. laicis uero. palatina comitissa. Gertrude. 28) cum filio suo. prefate Ecclesie advocate. Sigefrido. 29) comitibus. Ludovico. 30) et Wiberto. 31) filiis Ludovici. 32) ludovico. 33) et Heinrico. 34) Hermanna

- 25) hic an. 1107. Episcopatum obtinuit, et ex turbis contra Imp. Henricum V. concitatis, praecipue ex proelio ad *Welfesholz*, cui non modo interfuit, sed in quo etiam exercitui Saxonum ipse praefuit, Conrad. Vrsperg. ad an. 1115. p. m. 257. edit. Basil. de an. 1569. satis cuilibet est notus. Obiit an. 1122.
- 26) scil. B. M. Virg. quae est Erfurti.
- 27) supplendus in elenco Decanorum ap. de Falkenstein Chron. Thur. Lib. II. p. 991. et Chron. Erford. Lib. V. Cap. 7. p. 1019.
- 28) quae fuit *Henrici Crassi de Wirra*, Ducis ad Visurgim Comitisque Nordhem. et *Gertrudis*, *Eberti* March. Misn. natae, filia, *Sigfride Orlamundani*, Comitis Palat. Rheni, an. 1113. in Saxonia occisi, vidua, *Rixae*, *Lotharii*, post Imperatoris coniugis, soror.
- 29) hic fuit Comes Pal. Rheni huius nominis secundus, modo memoratorum *Sigfridi Orlamundani* et *Gertrudis* filius, *Wilhelmi*, Comitis Pal. ex stirpe Orlamundana ultimi, frater, admodum iuvenis an. 1124. mortuus et in Herrenbreitungen sepultus, quem Tolnerus in Hist. Pal. prorsus ignorauerat, sed nutu Tenzelii in Decad. II. Henneb. p. 5. in rarissimis Additionibus ad Hist. Pal. p. 22. suppleuit. De aduocatia eius in ecclesiam B. M. V. Erfurtensem nobis quidem nihil constat, saltem non fuit hereditaria, quia in diplomate sequenti, eius conditi tempore *Sigfridus* adhuc vixit, iam aliis aduocatus eiusdem ecclesiae comparet.
- 30) Quis non agnoscat *Ludouicum II. Comitem Thuringiae*, *Salium f. Saltatorem* dictum?
- 31) Hunc esse *Wigbertum*, Comitem Groicensem, cuius vitam debemus Schoettgenio, quis est, qui non videat? Sed utrum pater, an filius hic sit testis? definire non audeo.
- 32) nimis. *Ludouici II. Comitis Thur.*
- 33) *Ludouico* scil. qui postea primus Landgraviatum Thuringiae promeruit,
- 34) *Henrico* videlicet I. *Raspe* dicto, qui *Raspenberg*, hoc. *Rastenburg* condidit.



de Gudenesberch. 35) Gerbardo. 36) Diethmaro de Rosla. 37) Christiano et Adelbero. 38) Christiano. et vnargo. 39) De familia 40) autem Wolverico. Rudegero. Recherio. Cunrado. Siboldo. Adelberto. Adelberon. Huic vero priuilegio. quo maior et ualidior inest auctoritas. Sigilli nostri ratam impressimus. anno dominice incarnationis. M. C. XVIII. Indictione. X. iij. 41)

(L. S. 42)
oblitterati.

DIPLO-

- 35) Nobiles *de Gudensberg* fuere ex Dynastarum numero, saepius enim Comitum elogio maetantur. de Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 427. Eorum Dynastia fuit hodierna Praefectura Hasso-Cassellana *Goedersberg* s. *Gaedersberg* et *Gudenberg*. Bruzen la Martiniere Lexic. Geograph. edit. Germ. T. V. col. 593.
- 36) de hoc non habeo, quod dicam.
- 37) *Rosla*, hod. *Rossla*, olim fuit perantiquum castrum nobilium, hodie est Praefectura Saxo-Vinariensis.
- 38) et de his mihi quidem nil constat.
- 39) *Vnargus* & *Anargus* est nomen familiare Dominorum *de Wildenfels*, vnde inferimus, Christianum et Vnargum fuisse ex hac familia. Vid. Kreyfig. Collatt. Hist. Sax. Part. VI. p. 152.
- 40) Familia his temporibus denotat homines seruiles conditionis, qui vel glebae adscripti agros colebant, vel officiis oeconomicis aliisque minus honorificis fungebantur, du Fresne l. c. voc: *Familia*. Hinc non est, quod in Wolverici, Rudegeri &c. dignitates inquiramus.
- 41) Deest locus, Notarius, nec villa Regni s. Imperii Henrici V. fit commemoratio, de quibus in Obseruat. I. agemus.
- 42) Sigillum hoc tam male conseruatum est, ut superiori malthae parte, quae nimis inscriptiones repreäsentabat, vna cum limbo plane auulsa, non nisi inferior eius pars, quae scil. pergameno proxime adhaeret, adhuc supersit. Hoc, quod restat, mediantibus filis, altero serico, pergameno altero, in crucis formam sese transuerse excipientibus, quorum extremitates ipsi malthae intextae sunt, documento ad latus dextrum inhaeret proditque, sigillum fuisse rotundum ejusque diametrum quatuor et quod exedit digitos absoluisse. Quae omnia nos inducunt, ut hoc sigillum ei, quo diploma statim sequens adhuc superbit, simillimum fuisse credamus.

D I P L O M A II.


quo Archiepiscopus Adelbertus Monasterio Ettersburgensi facultatem,
sibi eligendi praepositum, aliaque beneficia contulit.

C. 2) in nomine sancte et individue trinitatis. 3) Ego Adelbertus humiliſ sancte mogontine Ecclesię ſeruus. et apostolice ſedis legatus notum facio omnibus cristi fidelibus. tam posteris. quam preſentibus. qualiter comes. Wicmannus. ante conuerſionis ſue tempora Eccleſiam que et in eidereſburc. 4) cum omnibus poſſeffionibus et appendiciis ſtis. eccleſię noſtre donavit. et imperpetuam poſſeffionem libere et ſine omni contradictionis ſcrupulo. beato MARTINO 5) contradičit. In qua cum eſſent canonici 6) illius temporis absolute. et nimis irreligioſe viuentis. 7) conſilio fratrum noſtrorum et ipſius prefati comitis cum iam conuerſionis habitum fuſcepiffet. ordinavit in ea fratres. qui ſub regula beati

B 3

augu-

- 1) De materia, cui inſcriptum, idem volumus repetitum, quod ad diploma I. not. 1) monuimus.
- 2) Hic statim in fronte diplomatis occurrat famosum illud chrifmon et quidem lineolis in formam ſigni §. rafflexis a laeva ad dextram feſe excipientibus veſtitum.
- 3) Haec verba initialia tertiam verſus priſti partem explentia litteris ſunt exarata vncialibus. In reliquis huius diplomatis ſcriptura eadem eſt, quae in ſuperiori.
- 4) de quo videsis Obſeruationem IV. his diplomaticis ſubnexam.
- 5) h. e. eccliae metropolitanae Moguntiacae, cuius patronus eſt S. Martinus, quem in S. Stephani locum ſubſtituit Willegiſus Archiepiscopus. Serrar. Rer. Mogunt. Lib. I. Cap. 31. p. 107. et ap. Ioann. S. R. Mogunt: T. I. p. 69.
- 6) Canonici ſcil. ſeculareſ, de quorum origine vid. Trithem. Chron. Hirſaug. ad a. 973. T. I. p. 116. edit. Mabillon.
- 7) hi igitur vere fuerunt regulares ſine regula, canonici ſine canone, vti Canonicos ſeculareſ nominat Krantz. in Metrop. Lib. VII. Cap. 50. p. m. 197. edit. Wechel.



augustini. 8) apostolice conuersationis uitam seruarent. Quibus religiosum. et bonę opinionis virum. fratrem quendam Sinzonem nomine prepositum constituimus. et ut cunque pusilli tunc gregis dominici curam commisimus. ab omni potestate prefatam Ecclesiam absoluenteſ. liberam elegendi patris facultatem concedenteſ. baptismum. sepulturam. et cetera quę ad monasterii libertatem pertinent donanteſ. ita ut quisquis dictante spiritu sancto ab eis canonicę. fuerit electus. a mogontino archiepiscopo inuestiatur. cui ab eodem clauſtro debita in omnibus obedientia exhibeatur. Illud quoque adiciendum putauimus. ut quicunque prefaciam Ecclesiam ledere. siue pregrauare in aliquo attemptauerit. tam in illis quę tunc posseſſit. quam in omnibus quę liberalitate quocumlibet fidelium cristi in posterum obtinebit. auctoritate omnipotentis dei. et beati petri apostolorum principis. et nostra perpetua ſe fenciat anathemate inuolui. et cum auctore iniquitatis diabolo habere porcionem ęterne dampnationis. 9) ſi quis uero eam promouerit. dilexerit. fouerit. atque manutenerit. beatorum confercio associatus in die domini gaudeat poſſeſſione perpetue beatitudinis. Hęc ut in omnibus eius firma et inconuifa permaneant. ſigilli nostri roborauiimus presentia. Huius rei testes ſunt. 10) IMBRICO prepositus sancte MARIE in erpesphort. 10) Richardus prepositus sancti Stephani in mogontia. 11) Dietoldus decanus sancte MARIE. 12) Arnoldus magiſter.

8) Floruit hic monachorum ordo iam an. 1034. praecipue autem in Gallia, donec ineunte ſeculo XI. quoque in Germania emersit. Vid. Schamelij Hist. Monaster. S. Maurit. ante Numb. p. 7. ibique citatos.

9) En longe intolerabiliorem imprecationis formulam!

10) qui eſt idem Embrico, de quo ad diploma primum not. 8) egimus.

11) de ecclesia colleg. S. Stephani in vrbe Mogunt. vid. Ioann. S. R. Mogunt. Tom. II. p. 513. vbi et p. 548. inter eius praepositos hic Richardus occurrit.

12) vid. not. 27) ad dipl. praeceſſed.

ster. 13) Iudewic eiusdem ecclesie aduocatus. 14) Dieterich de abbolde. 15) et alter Teodricus. 16) et filius eius Herman. Ditmar. Cuonrat. Reinhard. et alii ministeriales sancti MARTINI. 17) et complures alii.

(L. S. 18)

Data in erpesphort per manum heinrici notarii canonici sancti victo-

13) verbum honoris *Magister*, sine ordinis cuiusdam monastici mentione, indigitat clericum secularem. de Guden. Cod. dipl. Vol. I. pag. 596.

14) In diplomate antecedente huius ecclesiae aduocatiam gerebat *Sigfridus Comes Palat.* qua hic fungitur *Ludewicus*. vid. not. 29) ad diploma praeced. Dubitare possemus, vtrum hic *Ludewicus* sit e Comitibus Thuringiae, quia caret Comitis elogio omnique dignitatis signo praeter istam Advocatiam ambulatoriam, nisi in alia charta eiusdem anni et eiusdem Adelberti ap. de Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 59. inter Comites testes laudaretur: *de Thuringia Ludewicus, qui et Aduocatus*, quod omnem scrupulum eximere videtur.


15) Hoc *Abbolde* est idem *Appolde*, cuius in anteriori diplomate facta est mentio, sedes quondam Pincernarum hereditariorum, cum Tautenburgiis communem familiam constituentium. v. Friderici Hist. Pincernar. Varila-Tautenburg. Cap. II. §. 5. qui vero ad haec tempora non ascendit. Aude expectamus, quam parat litteratis *Laubnius*, Consil. aul. Sax. Elect. Historiam Tautenburgiæ.

16) Frequentia praenominis *Theodericus* s. *Tidericus* in familia Pincernarum Apoldanorum arguit, et hunc *Teodricum* ex illa fuisse.

17) vid. not. sub n. 5)

18) Huius diplomatis sigillum est optime seruatum, itidem malthinum et ipsi documento impressum, differt autem ab antecedente in eo, quod non ope filorum, sed mediante malthae parte ex foramine pergameneno inciso in dorsum ellyptice prominente diplomati sit iunctum. Ipsius sigilli diameter aequat quinque digitos, excepto limbo non semicirculari, sed plano et fere digitus medietatem absoluente, cuius in suprema parte euidens vestigium manubrii, quod signo adhaesit. Inscriptionem litteralem sic habe: ADELBER-

TVS



victoris 19) VII. ID VS. MARCii. anno dominice incarnationis M.C.XXIII indictione I. regnante domino nostro ihesu christo. Imperante autem rege henrico. huius nominis quinto.

DIPLO-

TVS DEI GRATIA - MOGVNCIENSIS ARCHIEPS.
Inscriptio realis est fere eadem, quae visitur in sigillo Henrici AEpisc. Mogunt. in Monastico Thuring. pag. 471. a quo tamen paullulum recedit tam intuitu figurae AEpiscopi, quippe quae in nostro sigillo capite ex vna et scabello ex altera parte ad limbum usque pertingit, quam intuitu libri, quem laeva tenet Aepiscopus, utpote in quo apud nos legitur benedictio sacerdotalis: PAX VOBIS, eo modo, quem sicut sigillum Ottonis Episcopi Hildeshem. ap. Heinecc. de Sigill. Tab. XII. n. 3.

- 19) quem inter Cancellarios Moguntinenses nominat de Gudenus in Syllog. varior. Diplomatario. p. 525. Cancellarii enim olim Notariorum munere fungebantur, litteras et diplomata conficiendo, subscribendo subsignandoque. v. Monastic. Anglic. T. III. p. 24. a Mallinekrot de Archicancellar. pl. 4. cd. Struv. Quin imino et tempore in Germania nemo praeter Imperatorem Cancellario vtebatur, sed Episcopi et Principes loco eius Notariorum ministerio erant contenti. Mallinekrot. l. c. p. 87. Inde apparet, cur hic *Henricus* se Notarium, non Cancellarium, nominauerit.

D I P L O M A III. 1)

que Archiepiscopus Siegfridus II. decidit litem, ecclesiam B. M. V.
Erfurtensem inter et Monasterium Ettersburgense super ecclesia
Apoldana ortam.

C 2) in nomine sancte et individue trinitatis. 3) Sifridus de j
gracia sancte Magantine sedis Archiepiscopus 4) cunctis tam pre
sentis quam futurj eui fidelibus salutem in perpetuum. Ne ea que
fiunt sub tempore à lubrica hominum tempus aboleat memoria.
facta. dicta scriptis commendantur. et sigillorum munimine robo
rantur. 5) Hinc est quod nos cunctis christi fidelibus notum esse uo
lumus quod cum inter dilectos nostros. Cunradum 6) sancte Marie
in Erphordia et vlricum Ettirsburgensis ecclesie prepositos. super
Ecclesia in Apoldj 7) questione suborta negotium coram nobis iuris
ordine tractaretur. et utraque partium suo priuilegio inniteretur.
tandem de partium consensu et capitulorum conuiuentia. 8) in

1) Hoc quoque in pergameno est exaratum, quoad formam autem ab
anterioribus diplomatis differt in eo, quod margine vtatur vnum
digitum lato.

2) Chrismon hic comparet nudum, in omni suo complexu praeter vni
cum punctum nil continens.

3) Haec verba vix dimidium versum occupantia scripta sunt litteris vnciali
bus, quae ex aſſe respondent iis, quas exhibet Chron. Gottw. l. c. i
Tab. ad p. 402. Minutae itidem a typo huius tabulae non discrepant.

4) Cuius paulo vberiore cognitionem damus Obſeruatione II.


5) Hic habes prooemium, in quo concinnando antiquorum diploma
tum conditores ingenium, quanquam vt plurimum inuita Minerua,
quam maxime exercuerunt. Carent eo duo anteriora nunc edita
documenta, quod corroborat regulam a doctissimis Benedictinis
in Syntagm. nov. diplom. Tom. VI. pag. 426. edit. Germ. datam,
proœmia ſeit. ſeculo XII. ſenſim in defuetudinem abiisse.

6) Comparet hic *Conradus* inter Praepositos eccl. S. M. V. Erfurtenſ.
ap. de Falckenſtein. in Chron. Thur. Lib. II. p. 989.

7) vid. not. 9) ad diploma I.

8) ita habet autographum loco: *connuentia*.

C



nos fuit compromissum ut privilegiis carundem ecclesiarum diligenter inspectis et collatis. super toto negotio quod nobis secundum deum et iusticiam statuendum uideretur. firmum et illibatum perpetua ordinatione sancuiremus. 9) Nos igitur partium munitis diligenter inspectis. priuilegium beate Marie semper virginis in Erphordia tempore prius. 10) Ettirburgensis uero ecclesie posterius. 11) certa ratione deprendimus. Licet ab eodem Alberto bone memorie predecessor nostro sancte Maguntine sedis Archiepiscopo apostolice sedis legato. eisdem fuerint ecclesijs concessa. quorum primum donationis. reliquum uero permutationis expressam faciebat mentionem. et sic, licet diuersa, tamen sibi ad inuicem adversa non erant 12) Considerantes igitur quod Ecclesia in Appolde. propter plebis multitudinem. et nobilium in eodem loco residentiam. 13) pastore perpetuo indigeret. sic de prudentium viro-

- 9) ex incuria scribae duplex c irrepit in originale.
- 10) Hoc priuilegium nil est aliud, quam donatio decem ecclesiarum; quas inter duae ecclesiae Appoldanae fuere, a Wichinanno a. 1119. facta, quam supra in diplomate l. dedimus.
- 11) Hocce priuilegium consistit in charta permutationes d. a. 1123. qua Comes Wichmannus istas duas ecclesias Appoldanas pro ecclesia in *Flogerstet* (hod. *Flubrstaedt*) et quibusdam bonis in villa *Huchelieben* (hod. *Heichelheim*) recepit et Monasterio Ettersburgensi, in quo ipse fratrem agebat, munifice contulit; cuius concambii (sit venia verbo diplomatico) chartam edidit de Guden. in Cod. dipl. Vol. l. p. 56. seq.
- 12) En sophisma sine simili! Qui rem donatam alteri pro alia eiusdem, immo maioris pretii tradidit, is ista donatione contra hunc salua iustitia certo certius eo vti nequit, vt retineat, quod permutatione accepit, simulque repeatat, quod vicisim dedit. Sed mittamus has argutias vel Dauum offendentes!
- 13) inde patet, Apoldam iam tunc fuisse frequentem et amplam. An forte iam oppidum vel municipium? De hoc dubito, quia hoc in diplomate absque eiusmodi denominatione occurrit. Certe a. 1123. fuit villa, occurunt enim in diplomate de eod. anno ap. de Guden. l. c. p. 59. * duo testes, alter: *Dithericus de Appolde*, alter: *Albecho de eadem villa*.

uirerum consilio nostra auctoritate duximus ordinandum. priuilegio donationis beate Marie. et priuilegio permutationis Ettirsburgensis ecclesie non obstantibus. ut prepositus de Ettirsburg, qui pro tempore esset. cum Ecclesiam in Appolde uacare contingeret. clericum preposito beate Marie in spiritualibus 14) presentaret instituendum. qui pastor ipsius ecclesie esset legitimus. et preposito beate Marie in spiritualibus tamquam suo Archidiacono responderet. ius uero patronatus Ettirsburgensi monasterio ecclesie de Appolde maneret perpetuis temporibus inconvulsum. 15) Sed quoniam eadem Ecclesia de Appoldi ut per priuilegij ostendebatur tenorem. ad usus fratrum Ettirsburgensis monasterij pertinebat. nos Ecclesiam de kezzileri 16) in qua prepositus de Ettirsburg tantum presentationem habebat. prepositus uero beate Marie tamquam loci Archidiaconus institutionem. fratrum usibus monasterij de Ettirsburg sub hac forma concessimus. prepositus qui pro tempore in Ettirsburg fuerit. perpetuum in eadem ecclesia uicarium secularem personam ordinabit. cui redditum portionem competentem assignabit. reliquum in usus fratrum convertet. eundem uero vicarium archidiacono presentabit. ut sibi in spiritualibus. preposito uero de Ettirsburg in temporalibus secundum nostram respondet ordinatio-


C 2

nem⁹

14) hoc modo iteratis vicibus scriptum est hoc vocabulum.

15) sic hunc honor, illi reditus cum iure dioecesano addicebantur.

16) Hoc *Kezzileri* et *Plebanus* a Monasterio Ettersburgensi inibi positus adhuc ineunte seculo XVI. saepius occurunt in eiusdem Monasterii documentis sub nominibus *Kessler* et *Plebanus Kesslerensis*, sed ab eo tempore disparuerunt, ita, ut hodie de situ illius vici nil certi habeatur. Attamen ea, quae extant in Sagittarii Hist. Comit. Glichens. p. 210. §. *Nach diesem hat er sich &c. haud obscurè indigitant, Kessler in Dominio Blanckenhaynensi et quidem in confinio vicorum Lohme et Lotschen esse quaerendum.* In chartis et historiis antiquioribus occurrit unicum *Lobna*, hodie autem extant duo, alterum *maius*, alterum *minus* dictum: hinc verisimile mihi videtur, alterum horum vicorum olim nomine *Kessler* esse usum, quod aliis illius regionis magis gnaris discutiendum relinquo.



nem. 17) Ut autem hec nostre dispositionis ordinatio perpetuis temporibus maneat inconuulsa. Sigilli nostri impressione ipsam secimus roborari. Nulli igitur Hominum fas sit hanc nostre ordinatio-
nis paginam infringere. uel eidem ausu temerario contraire. 18) Huius rei testes sunt. Henricus abbas sancti Petri in Erphor-
dia 19) cum suo conuentu. Cvnradus abbas sancte pauline 20)
cum suo conventu. Ekehardus abbas de Reinhersbrunnin 21)
cum suo conventu. Cvnradus prepositus sancte Marie. 22)
Guntherus Decanus. 23) Gisilbertus Cantor cum toto conventu
ejusdem ecclesie. Cvnradus prepositus sancti Augustinj 24) cum
suo conventu. Dietmarus prepositus novi operis 25) cum suo
con-

- 17) Quam male hac in permutatione habitum sit Monasterium Ettersbur-
gense, cui pro loco admodum etiam Nobilibus frequenti non nisi
vicus infrequens et a solis agricolis inhabitatus dabatur, quis est,
qui non videat? cui aequo eiusmodi calumnia stomachum non
moueat?
- 18) Sine dubio ob euidentem, qua Monasterium adfecit iniuriam, tam
leni vel potius nulla imprecationis formula usus est Episcopus.
- 19) Qui Henricus in locum Abbatis *Wicelonis* a. 1221. mortuus fuit suf-
fictus, Chron. Sampetrin. ad h. a. ap. Menck. S. R. Sax. T. III.
col. 250. anno 1250. autem ab Abbatia subimotus, ibid. col. 263.
Huius rei causam prodit Nic. de Syghen Chron. Thur. Mspt. ad h. a.
quod rarius in conuentu et nimis mundanus fuerit.
- 20) h. e. *Paulinzell*, Monasterium Benedict. desolatum prope Arnstadium,
de quo vid. Olear. Synt. rer. Thur. P. I. p. 286. de Falckenstein
Chron. Thur. Lib. II. p. 1216.
- 21) Qui fuit septimus Abbas Reinhardbronnenis ab a. 1215. usque in
a. 1238. idem ille, qui a. 1232. ob decimas Moguntino Landgrauii
iussu denegatas in Capitulo Erfurtenfi virgis per triduum caedebat-
tur, quam rem prolixe narrat Nic. de Syghen ad h. a. Vid. Mo-
naestic. Thur. p. 178.
- 22) nominatur inter Praepositos eccl. B. M. a de Falckenst. l. c. p. 989.
- 23) et hunc reperies inter Decanos eiusd. eccl. ap. eund. p. 991.
- 24) Huius Monasterii monachus fuit b. M. *Lutherus*. De eo videsis de
Falckenstein l. c. p. 1108.
- 25) Parthenon adhuc Erfordiae superstes, de quo videoas de Falckenst.
l. c. p. 1125.

conventu. Dietmarus Decanus sancti Seueri 26) cum suo con-
ventu. Cvnradus prepositus sancti Ciriacj. 27) Wilhelmus pre-
positus sancti Mauritij in Maguntia. 28) Arnoldus scolaisticus
sancti petri in Maguntia. 29) plebanj ciuitatis Ephordensis.
Dittricus de omnibus sanctis. vrlicus de sancto Benedicto. Symon
de sancto Georgio. Laici. Hartradus de Merinberc. 30) Reinhardus
de Haginiouvi. 31) Henricus Vicedomini ascaphimburgenses.
32) Dittricus puer de Appoldi 33) cum suis cognatis. Henricus

C 3

de

26) nominatus in de Falckenstein Chron. cit. p. 1008.

27) Monasterium monialium, quod ab initio in loco, quem nunc ecclesia S. Seueri occupat, deinde in monte S. Gyriaci confitebat, post in montem S. Petri et denique in urbem migrauit. de Falckenst. l. c. p. 1129.

28) De ecclesia collegiata S. Mauritii in urbe Mogunt. videsis Ioann. S. R. Mogunt. Tom. II. p. 705. vbi et p. 708. extat integrum huius praefositi Wilhelmi documentum de a. 1224.


29) Ecclesiae collegiatae S. Petri Moguntinae, olim ante urbem, sed iam inde ab a. 939. in suburbium translatae ampliorem historiam sistit idem Ioann. l. c. p. 459. qui etiam inter eius scholasticos p. 502. hunc Arnoldum nominat.

30) Idem occurrit in dipl. Æpiscopi Sigfridi II. de a. 1209. et quidem Comitis elogio insignitus; fuit nihilominus tamen e Dynastarum ordine, quippe qui saepius quoque Comites laudabantur. de Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 413. et Indic. III. lit. f. Domini de Merenberg defecere a. 1328. eorumque Dynastia cessit Comitibus Nassouensib. Bruzen la Martiniere Lex. geograph. T. VII. col. 1125.

31) hod. Hanau. Et Domini Hanouienses olim fuere Dynastae, donec a. 1429. ab Imp. Sigismundo in Comites cooptati: hodie certe Principum dignitate corruscarent, ni a. 1736. in Io. Reinhardo exaruisserent.

32) hod. Aschaffenburg. Occurrit frequentius in Æp. Sigfridi II. diplomaticis cum cognomine de Rudenkeim. Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 951. De Vicedominorum officio vid. eund. p. 954. seq.

33) vid. not. 15) ad diploma II.



de Meldingin 34) et frater ejus. 35) Otto de Walesleibin. 36)
Hartmannus. Gotscalcus, Dittricus. et alij quam plures tam clerici
quam cives Erphordenses. Acta sunt hec Anno Incarnationis
dominice. M. CC. XX vij. Xij. kalendarum Martij. Pontificatus
nostri Anno XXVI. Regnante Romanorum Imperatore Friderico
secundo. 37)

(L. S. 38)

Obser-

- 34) hoc. *Mellingen*, vicus Praefecturae Vinariens. Idem occurrit pluries
cum titulo *Camerarii* ap. de Guden. I. c. p. 518. 519. 521. 523.
et 524. Nobiles *de Meldingen* fuere ex eadem gente cum *Pincernis*
Appoldanis et *Tautenburgis*, per dipl. ap. eund. p. 523. num.
CCVIII. quod latuit Fridericum, Historiae Varila-Tautenburgicae
scriptorem.
- 35) cui nomen fuit *Henrici*. de Guden. I. c. p. 521. 523. 524.
- 36) hoc. *Walsbleben*, vicus Erfurtensis Praefecturae Gispersleben.
- 37) Deest, ut in diplomate I. locus, ut et Notarii s. Cancellarii commi-
moratio, de quo in Obseruat. II.
- 38) Et huius Sigilli integratii nil plane deest. Quoad materiam est ce-
reum mixtum et quidem secundi generis, quod explicat artis diplo-
maticae hoc tempore facile princeps, celeberr. Gatterer. in Elem.
art. diplom. Vol. I. §. 336. quorum Volumen II. ut quantocius
edat simulque immortalitatis monumentum compleat, enixissime
rogamus sēnem de omni historia optime meritum. Hoc singulare
videtur, quod etiam lanceula sit cera rubra oblinita. Ceterum est
monosphragiston nec ullum habet in parte auersa vestigium signi
digitis vel alio modo impressi. Pendet a viginti quatuor filis seri-
cis partim albis, partim rubris, partim psittacinis, ipsi diplomati
in infima parte duplicato et bina vice inciso innexis. Inscriptio liter-
alis sic se habet: † SIFRIDVS. DI. GRA. SCE. MAGVN-
TINE. SEDIS ARCHIEPS. realis autem refert Æpiscopum
codem modo, quo comparet Æp. Henricus in Monast. Thur. p. 471.
praeterquam quod in nostro Sigillo Æpiscopi caput tiara tectum
eiusque libro, ut in diplomatis II. figillo, benedictio sacerdotalis
inscripta.

OBSERVATIO I.

De primi et secundi diplomatis conditore Adelberto Archiepiscopo
Moguntiaco.

Adelbertus, duorum priorum documentorum conditor, fuit primus huius nominis Archipraeful Moguntiacus. *Ruthardo* Archiepiscopo anno MCIX. mortuo designabatur in eius locum *Adelbertus*, 1) incertum, vtrum libera capituli electione, an accedente aliquo *Henrici V.* Imp. coactu. Tunc enim Imperator omnes neruos in eo contendebat, vt potestatem, Episcopatus conferendi, patri suo a summis Pontificibus negatam recuperaret, 2) quam ob rem illum huic electioni certum statuisse modum a vero eo minus abludere videtur, quo magis constat, antea *Adelbertum* Imperatoris Cancellarium, quin immo *primum inter primos eius fuisse prae-cordialem consiliarium*, 3) sine cuius consilio nil facere solebat. 4) Quanto feruentius ante quam ad Archipraefulatum proueheretur, stabat a partibus *Henrici V.* contra Pontificem *Paschalem*, ita, vt et ei auctor captiuitatis huic in ipsa Roma illatae extiterit, 5) tanto perfidiosius postea egit aduersus *Henricum*, non modo ipsi ipse resistendo in iuribus imperatoriis contra sedem Romanam vindicandis, sed et alia Imperii membra pro viribus corrumpendo. 6) Quibus tandem lacestitus Imperator illum carcere triennali 7) in castro

1) Serrar. Rer. Mogunt. Lib. V. pag. 802. et ap. Idann. in S. R. Mogunt. Tom. I. pag. 534.

2) vid. eruditiss. Schmidt, S. Caes. Maiestatis tabularii Viennensis custodem, in Hist. Germanor. Part. II. Lib. V. Cap. 7. p. 341.


3) Otto Frising. Chron. Lib. VII. Cap. 14. ap. Vrſſif. S. R. G. Tom. I. pag. 147. edit. Wechel.

4) Conrad. Vrſſperg. ad a. 1112. p. m. 256. edit. Basil. de 1569.

5) Teste Otton. Frif. I. c.

6) Helmold. Chron. Slavor. Lib. I. Cap. 40. ap. Leibniz. in S. R. Bruns. Tom. II. p. 573.

7) Annal. Hildeshem. ad a. 1115, ap. Leibniz. I. c. T. I. p. 739.



castro *Trifelsa* 8) mancipa uit, quo id ciuibus Moguntiacis ab Imperatore comitia a. M C X V. Moguntiae agente cum impetu et seditione expostulantibus liber us est, 9) attamen datis de saniori vitae ratione obsidibus, 10) cuius rei monumentum adhuc supereft in valuis aeneis aedis B. Virginis Moguntinae. 11) Sed nec post haec a machinationibus contra *Henricum* conquieuit (*) inque vltionem eo vsque excanduit, vt *Burchardum* Abbatem Monasterii Petrini Erfurtensis ob id, quod *Henricum* hospitio exceperat cemiterque habuerat, ab officio remouerit, immo eadem de causa et ipsum monasterium magna bonorum parte priuauerit iisque curiam Moguntiacam Erfurensem locupletauerit. 12) Gliscebant eodem tempore discordiae *Henricum* inter ac Principes Comitesque Thuringiae super terris Comitis Vinariensis *Vlrici II.* anno M C X I I fine prole mortui, quas ille fisco regio vindicare satagebat, hi vero ad consanguineos *Vlrici* pertinere acriter contendebant, 13) eum in modum, vt Imperatori vi et armis resisterent, quo in bello apprime munitum castellum *Hornburg* a Caesareanis fuit destru-
ctum.

- 1365
- 8) al. *Trisfels s. Treuels*, fuit olim castrum munitissimum Imperiale haud longe a Landau situm, secund. mappam geograph. totius Germaniae, quam exhibit Chronicon Gottwicense. Tom. prodr. P. II. sub litteris F. Conf. quoque Ioann. ad Serrar. l. c. p. 536.
 - 9) Vrsp erg. ad a. 1115. p. m. 258.
 - 10) Conditiones huins liberationis silent omnes adhuc editi Chronographi, sed Guilielmus Wernherus Comes Zimberensis in Chronico suo Mogunt. Mspt. eas ad amissum recenset, quarum tamen recensum loci ratio non admittit.
 - 11) Serrar. l. c. p. 812. et ap. Ioann. l. c. p. 547. Correctius extat hoc monument. ap. de Guden. in Cod. diplom. T. I. p. 117.
 - (*) conf. litteras Heinrici V. ad clerum populumque Mogunt. ap. de Guden. l. c. p. 46.
 - 12) Chron. S. Petrin. Erford. Mspt. excitatum a Ioann. ad Serrar. l. c. p. 539. add. Erphurd. Variloquus ad a. 1112. ap. Menck. S. R. Sax. T. II. col. 476.
 - 13) Annal. brev. Landgr. Thur. ad a. 1112. ap. Pistor. S. R. G. Tom. I. p. 1369. edit. Struv. et ap. Eeard. in Geneal. Sax. col. 348. Conrad. Vrsp erg. ad a. eund. p. m. 256.


ctum. 14) Hasce discordias probe alebat *Adelbertus* coque proce-
res Thuringiae sibi deuincire studebat, donec anno MCXXI. Wirs-
ceburgi pax solennis constituta. 15) Medio harum turbarum di-
ploma prius hic a nobis prolatum datum fuit absque loci mentione,
quem tamen, nisi nos omnia fallunt, ex testium subscriptione ali-
isque rebus circumstantibus coniectura haud difficulter assequemur.
Inter testes sunt *Reinhardus* Episcopus Halberstadiensis eiusdemque
ecclesiae clerici quam plurimi, quod non obscure arguere videtur,
diploma nostrum *Halberstadii* esse compositum; qui enim fieri alias
potuisset, vt tam multi ex clericis Halberstadiensibus illo conficien-
do interfuerint? Nec mirum cuiquam videatur, Archipraefulem
Adelbertum cum *Reinhardo* fuisse eumque visisse, dum hic aequa
ac ille contra Imperatorem stetit, 16) a quorum consortio nec
alieni fuere Comes Palatina *Gertrudis*, *Ludovicus*, Comes Thu-
ringiae, et *Wicbertus*, Comes Groicensis, inter testes memo-
rati. 17) Ad haec Comes *Wichmannus* Episc. *Reinhardo* cognatione
fuit coniunctus 18) et procul dubio eius partibus adhaesit,
vt igitur ex his non temere quisquam coniiciat, eodem tempore
Adelbertum, *Reinhardum*, *Gertrudem*, *Ludovicum*, *Wicbertum*,
Wichmannum aliosque Imperatori infensos de rebus suis inter se
consultasse. Sine dubio iniquus in Imperatorem animus est quo-
que in causa, cur Imperii eius hoc in diplomate nulla mentio in-
jecta, quod pro stilo eorum temporum fieri vtique debuisset. Ob
hoc *Adelberti* hospitium etiam factum esse videtur, vt Notarius
eius

14) Conrad. Vrsperg. ad a. 1113. p. m. 256. *Hornburg* est oppidum,
cui adiacet arx, in Principatu Halberstadiensi; cel. Busching. Geo-
graph. P. III. T. III. p. 3475.; haec arx fuit absque dubio muni-
tum illud castellum, de quo hic sermo. Add. Annal. Hildeshem.
ad h. a. l. c. p. 738.

15) quam pluribus verbis commemorat Abb. Vrsperg. ad a. 1121. p. m.
264. seq.

16) Vrsperg. ad a. 1112. p. m. 256. 17) Vrsperg. ibid.

18) dipl. ap. Schoettg. et Kreyfig. in Diplomatariis et Scriptt. Rer. Gerin.
Tom. II. p. 691.



eius abfuerit ideoque diploma huius auctoritate careat, quanquam ita
huius rei causam vix inquirendum, quia plura huius Episcopi ex-
tant diplomata eodem defectu laborantia **). Forsan hic rerum
Thuringicarum Saxoniarumque status perturbatissimus *Wickman-*
num, cui de meliori luto finxerat praecordia Titan, demum com-
mouit, ut omnibus terris et diutiis posthabitatis se totum vitae mo-
naстicae mancipauerit. Quod ad alterum diploma nunc editum
attinet, illud anno MCXXIII. *Erfordiae* est conscriptum, hinc-
que illo ipso tempore, quo *Adelbertus* amicitia in turbis anterio-
ribus cum Thuringis contracta nimium confusus odiofissimam deci-
marum exactionem suscitabat, quam ob causam in monte *Trete-*
burg 19) viginti millia armatorum conuenere, Erfurtum, ubi
tunc erat Archiepiscopus, expugnaturi, ni hic istam exactionem sta-
tim renunciasset. 20) Reliqua vitae Adelbertinae, quippe ad illu-
strationem diplomatum nostrorum nil conducentia, nos nunc non
curamus, hoc unicum addentes, eum fuisse ex gente Comitum
Saraepontanorum, minime vero, quod olim creditum, ex familia
Ducum *Lotharingiae*. 21) Prout ex huc usque allatis satis super-
que patet, fuit adulator, perfidus, vindictae cupidus, bonis alienis
inhians, attamen astutus et audax, quam ob rem a Scriptore
huius nostri temporis excellentissimo 22) non male cum *Thomas*
Becket, Archiepiscopo Cantuariensi, comparatur, quicquid alii in
eius

**) vid. de Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 43. 45. 63. 67. seqq.

19) locus inter *Gebesee* et *Tennstadium* fere medius, ubi Thuringi saepius
conuentus publicos celebrarunt. v. Lambert. Schaffnab. ad a. 1076.
ap. Pistor. I. c. p. 360. conf. quoque Olear. Synt. rer. Thur. P. I.
pag. 357.

20) Monach. Pegav. ad a. 1123. ap. Hofmann. S. R. Lusat. T. I. p. 27.
Additt. ad Lambert. Schaffnab. ad a. eund. ap. Pistor. I. c. p. 427.

21) Serrar. rer. Mogunt. Lib. V. pag. 801. ad eumque Ioannis I. c.
pag. 533.

22) iam laudatus cel. Schmidt in Hist. Germanor. Part. II. Lib. V.
Cap. 7. p. 347. adde quoque, si placet, Ursperg. ad a. 1116. in fin.
p. m. 260.


eius honorem proferre nitantur. 23) De reliquo non est, cur longe inquiramus in causam, ob quam Imperatoris confirmationes piis his *Wichmanni* donationibus, alias omnino necessariae, non accesserunt, nam *Adelbertus* in primis in Thuringia ad libitatem propriae ecclesiasticas ordinabat, Imperatori scil. omnem circa eas potestatem denegans. 24) Obiit inquietus et turbulentus hic Archiepiscopus anno MCXXXVII. et in *Erbacensi* Cisterciensium monasterio ab ipso condito requiescit. 25)

D 2 O B -

23) de Guden. Cod. dipl. T. I. p. 121. de Falckenstein Chron. Thur. Lib. II. p. 497. Comes Guil. Wernh. de Zimbern vitam Adelberti his verbis concludit: *Man fint geschryben, das einem seligen Priester von Got kunt gethan vnd geoffenbart worden sey, das dieser Erzbischof ewiglich verdampt vnd verloren seyn sollte, vmb das er in der Keys. Sache so vil Wytwen und Waysen gemacht, sich auch mit prennen vnd andern freuelichen sachen zu gar vil ungebürlich, unmiltiglich vnd streflich gegen den armen leuten gehalten.* Hanc visionem enodate narrat Nic. d. Syghen in Chron. Thur. Mspt. ad a. 1137.

24) Vrsperg. ad a. 1120. p. m. 263.

25) id quod testantur Casp. Brusch. in Epit. de omnib. Germ. Episcopatib. in Gualteri s. potius Gruteri Chron. Chronicor. T. I. p. 756. Trithem. in Chron. Hirsaug. pag. 398. et 403. edit. Mabillon. et Comes Zimberen s. in Chron. Mog. Mspt. p. m. 66 b. quanquam monachi non etra ingratitudinis notam locum sepulturae ignorent. Ioann. ad Serrar. I. c. p. 549.



OBSERVATIO II.

De diplomatis tertii auctore, Sigfrido, Archipraefule Moguntino.

Sigfridus, tertii diplomatis conditor, est secundus huius nominis Archiepiscopus Moguntiacus. *Conrado I.* Archipraefule anno MCC. vita functo omnia capituli membra praeter tria eligebant *Lupoldum*, Episc. Wormatiensem, tria illa dissentientia autem hunc *Sigfridum*. 1) Quia vero illius electio praesente instiganteque Imperatore *Philippo* facta, ideo hic usque in annum MCCVIII. quo *Philippus* Babenbergae infando scelere occisus, ad Archipraefulatus administrationem peruenire haud potuit, sed exsul Romae atque alibi vixit, donec auxilio *Ottonis IV.* Imp. ipsi contra *Lupoldum* fauentis, in Archiepiscopatum anno modo memorato introductus. 2) Semper tamen, quod et in diplomate nostro factum, annos Pontificatus sui a tempore electionis suae computauit. Nec hic *Adelberto I.* fuit absimilis in eo, quod illum, cui ob Archiepiscopatum vere obtentum plurimum debebat, postea inimice infectabatur; ipse enim fulmen excommunicationis, quod *Innocentius III.* in *Ottonem*, Jura et possessiones Imperii vindicantem 3), vibrauerat, in omni Germania disseminauit, quid? quod *Premislauum II.* Regem Bohemiae, *Hermannum*, Thuringiae Comitem prouincialem, aliasque, ut *Fridericum*, *Henrici VI.* filium, Imperatorem *Ottonis* loco crearent, instigauit. 4) Neque *Adelberto* *Sigfridus* minus fuit fallax, cuius rei testimonium vel ipsae perhibent eius litterae a nobis productae; etenim quis non videt falaciam, cuius usu conuentum Ettersburgensem in favorem *Conradi* Praepo-

1) Abb. Vrsperg. ad a. 1191. p. m. 309.

2) Godefrid. Colon. ad a. 1208. ap. Freher. S. R. G. T. I. p. 378. edit. Struv.

3) Matth. Paris. p. 160. edit. Lond. de a. 1640. Conf. quoque celeb. Schmidt Hist. Germanor. P. II. p. 631.


4) Godefrid. Colon. ad a. 1211. ap. Freher. I. c. p. 381.

Praepositi Erfurtensis sub velamento iustitiae iure suo defraudauit? Quoad familiam fuit ex gente Baronum *ab Eppenstein.* 5) De anno mortis eius non inter omnes praesertim recentiores constat, sunt, qui eam in annum MCCXXV. ponunt 6) alii in annum MCCXXX. collocant, 7) sed adsunt rationes quam plurimae posteriorem sententiam extra omnem dubitationis aleam ponentes, 8) quibus et hoc nostrum diploma, quippe anno MCCXXVII. ab eo conscriptum, iure meritoque accedit. *Erfordiae* mortuum ibique in ecclesia B. Mariae terrae mandatum, immo et ipsi monumentum positum esse volunt quam plurimi, 9) sed et in eo parem cum *Adelberto* soritem experitur *Sigfridus*, quod hodie locus huius sepulcri vel epitaphii aequa ignoratur. 10) Ceterum hoc quoque diploma tacet locum, quo exaratum, at non minus, ac in Adelbertino priori, eum facillimo negotio possumus coniicere ex testibus subscriptis atque aliis rebus, quae circumstant. Nam praesentes laudantur *Henrycus* Abbas S. Petri in Erfurt cum suo conuentu, *Conradus* Abbas S. Paulinae cum suo conuentu, *Conradus* Praepositus S. Mariae, (idem scil. cui cum *Ulrico* Praeposito in Ettersburg lis fuit de ecclesia Appoldana) *Guntherus* Decanus eiusdem, *Gisilbertus* Cantor eiusdem cum toto conuentu eiusd. ecclesiae et multi alii Clerici Erfurtenses, nec non plures ex ciuibus Erfurtensibus, qui tanta in frequentia vix extra *Erfurtum* conuenire potuerunt. Adfuere quidem praeter huius vrbis incolas *Ekehardus* Abb. Reinhardsboronensis cum suo conuentu, et *Conradus* Abb. S. Paulinae, ut et

D 3

Wil-

- 5) Serrar. l. c. Lib. V. p. 829. et ap. Ioann. l. c. p. 582.
- 6) Trithem. in Chron. Hirsaug. p. 535. Serrar. l. c. p. 833. et ap. Joann. p. 592. aliisque.
- 7) Brusch. l. c. p. 760.
- 8) quas videsis ap. Ioann. ad Serrar. l. c.
- 9) Trithemius l. c. Brusch. l. c. Latom. Catal. Episc. Mogunt. ap. Menck. S. R. Sax. T. III. col. 515. Guil. Wernh. Com. de Zimbern l. c. fol. 102. atque alii.
- 10) Guden. Hist. Erfurt. Lib. I. §. 17. p. 46. et ap. Ioann. S. R. Mogunt. Tom. nov. p. 153.



Wilhelmus Praepositus S. Mauritii in Moguntia, atque Arnoldus Scholasticus S. Petri in Moguntia; quod autem ad illos, forte reuerentiae causa Archiepiscopo Erfordiae commoranti cum conuentibus suis praesto fuere, monasteriis eorum non longius duobus vel tribus milliaribus ab Erfordia sitis, hi vero absque dubio fuere ex comitatu Archipraesulicis. Hinc diploma nostrum Sigfridianum in ipsa ciuitate Erfurt esse conditum adseuerantes, a vero vix aberabimus. Confirmat hanc nostram sententiam Chronicum Sampetrum Erfurtense 11) ad an. MCCXXVII. scribens: Hoc etiam anno in Passione Domini sacerdos quidam Erfordiam veniens atque benedicendi et curandi oculos gratiam se habere dicens, petiuit a Moguntino ibidem tunc existente bcentiam &c. De reliquo hic AEpiscopus non nisi raro Notiorum ope in condendis diplomaticis usus est, 12) quamquam iis non caruerit, 13) ut igitur diploma nostrum hac in parte cum quamplurimis Sigfridianis conueniat.

OBSER-

11) ap. Menek. S. R. Sax. T. III. col. 253. Eadem quoque profert Nic. de Syghen ad eund. a.

12) v. de Guden, Cod. dipl. Vol. I. p. 413. 415. 425. 430. seqq.


13) conf. eiusd. Syllog. Diplomatar. p. 508.

OBSERVATIO III.

De Comite Wichmanno, Monasteriorum Kaldenbornensis et Ettersburgensis fundatore.

Comitem *Wichmannum*, qui ansam dedit prioribus duobus diplomatis a nobis productis, esse eundem, qui vna cum vxore *Cunigunda*, *Ludouici Comitis Thuringiae*, vulgo *Saltatoris* dicti, filia, coenobium Kaldenbornense haud procul a Sangerhusa Thuringiae oppido quondam situm fundauit, 1) rationes sequentes euincere videntur. *Primo* hic noster Comes eodem cum fundatore Kaldenbornensi vtitur nomine, ad quod eo magis respiciendum, quo infrequentius hoc nomen medii aeui temporibus occurrit; *deinde* noster eodem vixit tempore, quo Kaldenbornensis, dum ambo monasteria et Kaldenbornense et Ettersburgense fere eodem tempore, illud videlicet anno MCXX. 2) hoc a. MCXXI. 3) condidit; *postremo* et Kaldenbornensis et Ettersburgensis conditores posthabitatis omnibus terris et diuitiis vitae religiosae sese mancipauerunt. 4) Noli ea de re dubitare, quoniam *Wichmannus*, conditor Kaldenbor-

- 1) Annal. brev. Thuring. ap. Eccard. in Geneal. Sax. col. 347. add. praef. ad Cod. diplom. Kaldenborn. ap. Schoettg. et Kreyfig. in Diplom. et Scriptt. Hist. Germ. Tom. II. p. 689. vt et Leuckfeld. Antiqu. Katelenburg.
- 2) vi diplom. ap. Schoettg. et Kreyf. l. c. pag. 690. 691.
- 3) vi diplom. secundi a nobis producti.
- 4) De fundatore Kaldenbornensi hoc innuunt verba diplomatis ap. Schoettg. et Kreyf. l. c. p. 690. sequentia: *His omnibus oblatis idem vir nobilis dignius adhuc, immo holocaustum Domino dulcissimum, semetipsum obtulit &c.* de nostro Wichmanno idem haec produnt diplomatis nostri de anno MCXIX. verba: *Qui diuina miseratione ad apostolicae sanctitatis vitam promotus in religiosorum virorum ecclesiae factus est regularis canonicus &c.* quibuscum conspirant, quae habet secundum diploma nostrum anni MCXXIII. *C. Wichmannus ante conuerzionis suae tempora &c.* item: *cum iam conuerzionis habitum suscepisset. &c.*



bornensis monasterii audit interdum *Comes Saxoniae*, 5) contra autem fundator coenobii Ettersburgensis secundum diploma nostrum de anno MCXIX. fuit *Comes in partibus Thuringiae*; patet enim ex ipsis documentis Kaldenbornensis, illi quoque hisce in oris Thuringicis insignes fuisse possessiones. Sic contulit ecclesiae Kaldenbornensi praedia in vtraque prouincia, tam Saxonie, quam Thuringiae sita, quorum posteriorum v.g. *Suegerstedt* hod. *Schwerstedt*, et *Taubeche* hod. *Taubach* nominasse nunc sufficiat; 6) quin immo ipse tanquam *Comes* praesedit tribunali in *Botelstede* hod. *Buttelstaedt*, vbi vnum ex quatuor iudiciis prouincialibus Thurungicis, iudicio generali *Mittelhusano* parentibus, erat constitutum. 7) *Wichmanni* huius genus eruditos circa illud in varias euntes sententias valde huc usque exercuit. Sunt, qui eum Comitem *Nordheimensem* venditant, 8) alii Comitem *Orlamundanum* perhibent, 9) quorum aliqui *Vlricum II.* *Orlamunda* ipsi patrem, 10) eundem aliqui ipsi fratrem 11) constituunt. De *Nordheimensi* eius origine non est quod multa faciamus verba, dum nullo nititur testimonio: ad haec *Wichmannus non Gerone*,
quod

5) hoc eum elogio mactat Monach. Reinhardifont. ap. Pistor. S. R. G. T. I. p. 1368. et ap. Eccard. I. c. col. 347.

6) Schoettg. et Kreyf. I. c. p. 690.

7) Legenda Bonifacii ap. Menck. S. R. Sax. T. I. p. 850. addas quoque, si placet, Dni de Heiffeld, Assessoris in Regimine Isenac. Specimen Historiae Jurisdictionis territorial. et curiar. prouinc. Saxoniea Seet. I. §. 18: vbi tamen huic Legendae iusto maiorem tribuit aetatem, de qua vid. Tenzel. Supplem. II. ad Sagittar. Hist. Gothan. p. 10. et 371.

8) Auctior Thuringiae sacrae p. 302.

9) Io. Winnigstad. in Chron. Halberst. ap. Abel. in collect. quorundam Chronicor. in editor. pag. 103. Spangenberg in Chron. Sax. ad a. 1113. et 1114. p. 352. et 355. Luc. in Oeco Comit. Imp. p. 369. Confil. aul. Sax. Vinar. et Archiuar. Zollmann aliisque.

10) Leuber. in Catal. Regg. Elector. &c. ap. Menck. S. R. S. T. III. col. 1831. Hoen. in disquis. armor. et gent. Sax. Tab. geneal. ad pag. 46. Schlegel. de num. Goth. p. 194.

11) Loebor. de Burggrav. Orlamund. fol. XIVb.

quod isti sententiae fauentes volunt, sed *Bernone* patre usus est, quin ipse ille *Gero* ad Comites Nordheimenses nequidem pertinet 12). At origini Orlamundanae fauere videntur tam inscriptio epitaphii Wigmanniani, prout in *Io. Esocis* libro copiali documentorum Kaltenbornensium et ex eo in *Schoettgenii* et *Kreysigii* Diplomatariis et Scriptorib. Hist. Germ. 13) conspicitur, quam versus, qui secundum veterem schedulam Archiui Vinariensis olim in Aede Ettersburgensi armis Orlamundanis fuere subtexti, sequentes:


Orlamundt Comitis Wichmanni insignia sunt haec
Qui claram hanc aedem funditus instituit,
Prouida quam lapsam Bernardi cura Ioannis
Praepositi instaurat, quod noua plura docent.

Vix autem praesidii quid inuenient in his monumentis ortus *Wichmanni* ex Orlamundanis fautores, quia ambo sunt iunioris originis, quam videntur. Nam quoad inscriptionem epitaphii, hoc de Orlamundana *Wichmanni* origine ne hilum quidem continet, vt igitur illa sit merum inuentum compilatoris diplomatarii Kaltenbornensis, *Io. scil. Esocis*, seculi decimi sexti hominis 14); quod autem attinet ad versus istos, quos fuit quondam aedes Ettersburgensis, illorum aetatem a *Wichmanno* remotiorem arguit denominatio *Orlamundi Comitis*, siquidem hoc nomine ante Comitem *Hermannum I.* ex Orlamundanis nemo utebatur, de quo nobis quidem ex copia documentorum Orlamundanor. in Tabulario Ducali, cui praesumus, reperiundorum satis superque constat; quid? quod *Ioannes Bernardi*, qui aedis restaurator in istis versibus laudatur, Praepitorum Ettersburgensium fuit ultimus, vt igitur eorum aetas in finem seculi XV. vel initium seculi XVI. incidat. Restat, vt demonstrem, *Wichmannum* neque *Ulrici II.*

12) Harenberg. Hist. Gandersheim. p. 1462.

13) Tom. II. p. 689.

14) vid. praef. ad diplom. Kaltenb. ap. Schoettg. et Kreysf. loc. cit.



rici II. filium, neque eius fratrem esse potuisse; sed hac in re otium nobis facit ill. *Laubnius*, Consiliar. aul. Saxo-Electoralis, qui idem in doctissima commentarye 15) ante annos viginti edita iamiam praestitit. Ad verum *Wichmanni* genus proprius accessit *D. Christ. Henr. Heydenreich*, Consil. quondam aul. Ducis Meclenb. Suerinens. qui in schediasmate, quod nunc in Bibliothecae huius loci Ducalis scriniis seruatur, probare est annixus, illum fuisse *Comitem Seburgicum*. Magna opusculi huius perlustrandi libido olim incessit, quem honoris causa nomino, cel. *Laubnium* et forsan alias 16); ante quam diplomatarium Kaltenbornense, cuius saepius meminimus, a *Schoettgenio* et *Kreyfigio* editum, erat omnino scriptum illud Heydenreichianum, quippe variis anecdatis referatum, non parui momenti, hodie autem non est, cur prelo mandetur, postquam ea diplomata in omnium manibus versantur. Ut breui dicam, quo eius sententia collineet, vindicat *Wichmannum* domui Seburgicae, cui sedes fuerit in Castro ditionis Mansfeldiae prope *Lacum dulcem*, Halam Magdeb. inter atque Islebiam 17), quia 1) nomen *Wichmanni* quoque aliis Comitibus hac ex domo competierit 18), 2) *Wichmannus* noster circa *Seburgum* praedia possederit 19), 3) necesse sit, vt *Geroni*, cuius sepulturam curavit 20), agnationis aut cognationis vinculo fuerit coniunctus, et denique 4) ex eo, quod *Paul. Langius* 21) *Vdonem* II. Episcopum Numburg. ex sorore nepotem dicat *Vdonis* I. itidem Episcopi Numb. sequi videatur, vt iste *Wichmanno* et *Cunigunda* Thuringica fuerit prognatus. Quid ex his verum, vel minus, post de-

notata-

15) cui titulus: *De Wigmanno, conditore monasterii Caldenborn, Comite nec Orlamundano, nec Vinariensi.* Jen. 1762. 4.

16) vid. praef. ad. Diplom. Kaltenb. cit.

17) v. cel. Büsching. Geograph. Part. III. Tom. II. p. 3105. edit. prim. Nouam Geograph. polit. et itinerar. Tom. VI. p. 1272.

18) vid. Annal. Sax. in Eccardi Corp. med. aev. T. I. col. 464.

19) id quod patet ex dipl. ap. Schoettg. et Kreyf. I. c. p. 690.

20) ibid. pag. 689.

21) in Chron. Numburg. ap. Menck. S. R. Sax. Tom. II. col. 26.

notabimus quam nostram de *Wichmanni* genere sententiam proposuerimus. Occurrit quidem in *Annalista Saxone* 22) ad a. 1036. *Wigmannus Comes de Seburch*, cui Marchionis *Ottonis Suinfurtensis* filia *Gisla* 23) matrimonio fuit coniuncta: sed hunc esse eundem cum nostro *Wichmanno* nec temporis fert ratio, nec parentum discrepantia permittit: *Annalista* enim *Wichmanno* suo assignat patrem *Christinum Comitem*, noster autem patre *vsus est Bernone Comite* 24). Non abs re erit, hic schema genealogicum ex iis, quae *Annalista* de genere istius *Wichmanni* profert, confidere:

N. N.	
<i>Christinus Com.</i>	<i>Gebbardus de Querfurt.</i>
<i>Wigmannus C. de Seburch.</i>	<i>Wilhelmus C. de</i>
<i>vx. Gisla, Ottos. Suinf. filia.</i>	<i>Lutisburch.</i>
<i>Gero Com.</i>	<i>Hathwiga, Abbatissa</i>
<i>Wichmannus</i>	<i>de Gernrode.</i>
<i>Aepisc. Magdeb.</i>	

Geronis hic memorati vxorem prodit *appendix Chronici Montis fereni* 25), fuit nimirum filia *Thimonis Com. Wettensis* atque *Idae Nordheimensis*, soror *Conradi M. Misniae Marchionis*. *Gerone* mortuo secundis nuptiis iuncta fuit cuidam *Comiti de Bavaria*, nomine *Ludouico*. Ut altius hac in genealogia progredi possimus, in subsidium vocandus est *Chronographus Saxo* 26), qui ad a. 1011. *S. Brunonis* genealogiam sistit hoc modo:

E 2

Bruno


22) ap. Eccard. Corp. med. aev. I. c.

23) immo potius *Gislae* sororem *Bertham* *Wichmanno* fuisse nuptam rationibus haud siculneis euicit Lenz. in Hist. diplom. Magdeb. p. 132.

24) vi diplomatis Kaltenb. d. a. 1120. ap. Schoettg. et Kreylig. Tom. II. pag. 691.

25) ap. Hoffmann. in S. R. Lusat. Tom. IV. p. 105.

26) ap. Leibnitz. in Access. hist. Tom. I. p. 221.



Bruno,

vix. Ida.

S. Bruno, Prutenor.
apostolus et martyr.

Gebehardus.

Burcard.

Ida.

Gebehardus

Gebehardus.

Contradus

Lotharius Imp.

Aepisc. Magdeb.

Bruno, pater S. Brunonis, cui *Ditmarus Merseb.* 27) Senioris egregii elogium tribuit, ex coniuge Ida teste *Spangenbergio* 28) multos procreauit filios, quorum hic solummodo quinque potuit nominare, reliquorum nominibus iam suo tempore obliuioni traditis. Sunt quidem, quibus *Spangenbergii* fides aequa in rebus historicis ac in sacris sublesta videatur, sed non vna vice saltim in illis contra obtrectatores fuit vindicata inque primis eius *Chronicon Querfurtense* eo maiori fide dignum est, quod illud auxilio atque in conspectu ipsius *Petri Ernesti Comitis Mansfeldici* 29) ex documentis et schedis Querfurti in turri quadam hinc illincque dispersis et tunc iam obesis vixque legilibus magna diligentia ac sinceritate 30) composuit. Quae cum ita sint, nulli dubitamus, quin *Berno*, *Wichmanni* nostri pater, vnu fuerit ex his istius Senioris egregii Brunonis filiis, quippe cui nostrae coniecturae facet non temporis solummodo ratio, sed et ipsum *Bernonis* nomen genti Querfurticae admodum commune 31), si quidem *Bern* idem est, ac *Brun*, et vtrumque, illud dialecto Francica, hoc Anglosaxonica, thoracem vel loricam 32), metonymice autem mi-

litem

27) in Chron. Lib. VI. ap. Leibnitz. S. R. Brunf. T. I. p. 398.

28) in Chron. Querfurt. Lib. II. Cap. 7. p. 118.

29) vid. dedicat. Chron. Querfurt.

30) conf. eiusd. Chron. Lib. IV. Cap. 80. p. 480.

31) Spangenb. l. c. p. 472.

32) Wachter. Glossar. Germ. col. 220.

litem s. virū fortē denotat 33). Roborant porro hancce de *Wichmanni* genere sententiam quamplurima praedia, quae in Ditione Querfurtensi possedit et Ecclesiae Kaltenbornensi tradidit 34); quid? quod secundum eam consanguinitas nostri *Wichmanni* cum Comite *Gerone*, cuius sepulturam curauit 35), expli- catu est facillima, dum hoc modo illius hic fuit ex patruo *Christino* patruelis, lineae, vti ICti loqui amant, inaequalis. Nec vt ab hac sententia recedamus nos mouet, quod secundum *Petri Langii* supra excitati testimonium *Vdo II.* Episcopus Numb. *Vdonem I.* itidem Numb. Episcopum, *Ludouici Salii* Com. Thuringiae filium et *Cunigundis*, coniugis *Wichmanni*, fratrem, compellauit auunculum suum 36), atque eodem *Langio* teste *Wichmannus* Æpiscopus Magdeb. *Wichmanni* Comitis de Seburg filius, eundem *Vdonem II.* nominauit suum consanguineum 37), quae duae compellationes iam laudato *Heidenreichio* satis arguere videbantur, *Vdonem II.* fuisse *Cunegundis*, *Wichmanni* nostri coniugis, filium, proque eius consanguinitate cum *Wichmanno* Æpiscopo fuisse quoque cum patre ex gente *Seburgica*; concidunt enim haec omnia quanquam satis ingeniose excogitata per documentum nunc a nobis

E 3

pro-


33) conf. quoque Ecard. Geneal. Sax. col. 18.

34) Schoettg. et Kreyfig. I. c. p. 690. vbi in recensu praedior. occur- runt: *Neumburgk* hod. *Beyern*-*Naumburg*, *Helpede* hod. *Helfte*, *Paneckendorp*, hod. *Benckendorf*, *Rotersdorp* hod. *Rottelsdorf*, *Asfleve* hod. *Aseleben*, *Luteckendorp* hod. *Lütgendorf*, quin et ipsum *Querenuorde* s. *Querfurtum*. Noli putare quaedam horum locorum, quia hodie ad Querfurtensem Dynastiam non referuntur, etiam tunc ad eam non pertinuisse, loegius enim olim quam nunc patuit haec Dynastia. Spangenberg. I. c. Lib. IV. C. 84. p. 488.

35) iid. I. c. pag. 690.

36) immo hodie ipsum, quo hoc factum, diploma Vdonis II. est editum extatque ap. Schoettg. et Kreyf. Tom. II. p. 427. vt igitur Pauli Langii, seculi decimi sexti scriptoris, fculneo testimonio hac in re non amplius sit opus.

37) et hoc *Wichmanni* Æpiscopi diploma hodie in omnium manibus versatur extans ap. eosd. I. c. p. 431.



prolatum de anno MCXIX. in quo Adelbertus Episc. de Witchmanno nostro, eum terrenae hereditatis prole esse destitutum, praedicat. Quae huc usque protulimus, nos ad sequentem seriem genealogicam nectendam inducunt:

Bruno, Senior egregius.

uxor. Ida.

<i>S. Bruno Apost. et Mart. † 1009.</i>	<i>Gebhardus d. Querfurt.</i>	<i>Berno f. Bruno vx. Adelheit.</i>	<i>Christin Comes.</i>
<i>Wichman C. de Seburch. vx. Bertha.</i>	<i>Wilhelmus C. d. Lutisburch.</i>	<i>Wichman vx. Cunigund.</i>	<i>Burcard. Ida</i>
<i>Gero C. vx. Mechtild. † 1122.</i>	<i>Hathwig Abb. de Gernroda.</i>	<i>Gebhard. Conrad. Aep.</i>	<i>Gebhard occis. ad Vnstrut 1075.</i>
<i>Wichmannus Aep. Magd. † 1192.</i>		<i>Lotharius Magd. † 1142. Imp. † 1137.</i>	

Statuimus igitur, *Wichmannum* nostrum fuisse quidem ex perantiqua Dynastarum Querfurtenium prosapia ortum, qui Dynastae quandoque etiam Comitum titulo uterantur 38), sed ut eum Comitem Seburgicum praedicemus, nec temporis ratio permittit eo, quod ambo *Wichmanni*, ille de Seburch hicque noster, aetate fuere pares, dum ille filium *Geronem*, a. 1122. in vigesimo quinto aetatis anno mortuum 39), a. 1097. virilem aetatem agens genuit, quo tempore et noster *Wichmannus*, quippe secundum diplomata nostra iam ao. 1119. relicto seculo regularis Canonicus factus, itidem virilem egit aetatem, nec aliae, quae circumstant, res facile admittere videntur. Nam nullibi aliis praeter unicum *Wichmannum*, *Geronis* patrem et *Wichmanni* Archipraefulsi Magdeb. auum, titulo Comitis de Seburch insignitur, ne ipse quidem *Gero*, quod nobis quidem indicio esse videtur, hanc appellationem non gentis seu stirpis cuiusdam, sed ipsius *Wichmanni* fuisse propriam, quam ei aedi-

38) Spangenberg. Chron. Querfurt. in prooem. ad Lib. II. p. 105.

39) vi Epitaphii ap. Schoettg. et Kreyfig. l. c. p. 690.


aedificatio castri *Seburgici* 40) vel sedes in eo eodem modo, quo eius fratri *Wilhelmo Comitis de Lutisburch* nomen ob exstructio-
nem Castri *Lutisburch* vel habitationem in eo fuit inditum 41), conciliauerat, posteaque cum eo exspirauit. Errauit igitur *Hey- denreichius* caeteroquin sagacissimus, *Wichmannum* nostrum pro Comite Seburgico venditando, eique improli filium *Vdonem II.* Episcopum Nuemburgensem affingendo. Quod autem ad hunc *Vdonem* attinet, fuit dubio procul *Vdonis I.* Numb. Episcopi nepos ex sorore *Coecilia*, secunda vel tertia *Ludouici Salii*, Com. Thur. filia, *Gerlaco* Comiti de *Wildensee* in matrimonium sociata 42), quia tam *Cunigundis*, *Wichmanni* coniunx, quam *Adelheidis*, *Ulrico* Comiti Wimariensi infelici coniugio iuncta, prole carue-
runt, nec quicquam de alia *Vdonis I.* Episc. Numb. sorore praeter has tres nominatas constat 43). Antequam missum facimus *Wich- mannum*, quomodo tam multarum ecclesiarum in Thuringia pa-
tronus vel aduocatus factus? ac generatim, qua ratione, tanquam Querfurtensis dynasta s. comes, terris et latifundiis media in Thu- ringia auctus fuerit? paucis videtur disquirendum. Responsio foret in promtu, si ad *Wichmanni* vxorem, *Cunigundam*, *Ludo- vici Salii*, Comitis Thuringiae, filiam, confugere vellemus. Sed *Ludouici Salii* facultates, prout tunc erant, eiusque proles nu-
merosa tam largam dotem Cunegundis non admittere videntur. Accedit, quod illa ob matrimonii Wichmanniani sterilitatem repe-
titioni gentis Ludouicianae fuisset obnoxia. Haec meditanti longe
aliam

40) vid. supra not. 17)

41) vid. Spangenb. l. c. Lib. II. Cap. 22. p. 164. vbi memorat, hanc ar-
cem Lotharii Imp. tempore collapsam hunc refecisse. Si mappae
geographicæ Comitatus Mansfeldici Schenkianæ fides habenda,
hodienum restant quaedam eiusdem arcis rudera in monte Lotha-
riusberg dicto, medio inter Querfurtum atque Alstadium.

42) Annal. brev. ap. Eccard. in Geneal. Sax. col. 347. et Hist. plen. ap.
eund. l. c. col. 357.

43) Secundum haec corrigendus quoque Eccardus in Geneal. Sax. col.
327. et 339.



alia mihi in mentem venit coniectura, quam in historia medii aevi me versatores aequi bonique consulant. De *Adelheide, Ottonis Vinariensis*, Marchionis Misniae et terrae orientalis a. 1067. mortui 44), filia certo certius constat, eam bis nupsisse, prima vice *Adelberto de Ballenstedt*, cui genuit *Ottone*, qui patri successit in Comitatu, et *Sigfridum*, qui vitrici beneficio factus est Comes Rheni Palatinus 45), secunda vice nupserat *Henrico de Lacu*, Comiti Palatino Rheni 46). Genealogi recentiores 47) illi etiam tertium maritum, et quidem inter *Adelbertum* et *Henricum* medium assignant, *Hermannum* nimis. *Lucemburgensem*, *Henrici IV.* Imp. aduersarium, vulgo *allii regulum* dictum, quocum *Ottone* Rineccensem Palatinum et *Hermannum* Comitem Salmensem fertur procreasse: cuius rei testem producunt superioris seculi scriptorem 48), qui utique asseuerat, se ex documentis ecclesiae Lintburgensis perspexisse, quod Palatina *Adelheidis*, praefente et consentiente filio *Sigfrido*, pro anima coniugis *Hermannii* eidem ecclesiae quaedam praedia tradiderit. Tunc nomina litteris tantummodo initialibus, saltem abbreviationibus non raro ambiguis esse expressa, ii norunt, qui diplomatibus perlungstrans operam navant haud proletariam. Itaque perfacile iste testis, a cuius autopsia omnis pendet rei veritas, nudum *H.* vel abbreviationem *Hnr.* misere scriptam pro *Hermannii* nomine legit, cum *Henricus* legere debuisset. Ea in re commisit alium errorem, quem et *Tolnerus* fecutus est 49), *Sigfridum* Palatinum, qui *Adelberto* Ballenst. patre certo

- 44) Lambert. Schaffnab. ad a. 1067. ap. Pistor. S. R. G. T. I. p. 337.
- 45) Annal. Sax. ad a. 1062. ap. Eccard. Corp. med. aev. T. I. col. 493.
- 46) Id. ad a. 1100. ap. Ecc. I. c. col. 589. cf. Eccard. Geneal. Sax. col. 507.
- 47) Tolner. in perraris Additt. ad Hist. Pal. p. 20. Koeler. in famil. Lucemburg. Tab. II. p. 12. n. 3. Lenz. in Disquisit. hist. geneal. P. II. ad Tab. XXX. §. 21. seq. Id. in Beckmanno enucl. p. m. 31. ed. in 4. a Finsterwald in Germ. princ. illustrat. de Domo Palat. p. 794. seq. Rev. ab Hontheim in Hist. Trev. T. I. p. 451. n. a.)
- 48) Brower. Annal. Treuir. T. I. p. 572. T. II. p. 10.
- 49) in Additionib. I. c.


certo certius usus est, pro *Hermannii Lucemburgici* filio venditando, quam ob rem eum et in aliis errasse, vero haud absimile videtur. Quod si vero secundum eius narrationem *Adelheidis* piam istam donationem in honorem *Hermannii Lucemb.* celebrasset, nonne multo magis *Ottонem Palatinum* vel *Hermannum Salmensem*, quos cum illo genuerat, quam *Sigfridum Palat.* ad eam fuisse arcessitura? Neque satis perspicio, quomodo *Adelheidis Vinariensis*, vidua *Henrici de Lacu*, Limburgum ad Lahnam peruererit ibique habitauerit? Hinc veritati longe conuenientius esse videtur, istam *Adelheidim* donatricem non fuisse *Henrici de Lacu* viduam, sed *Adelheidim Cleebergicam*, natam Palatinam Tbingensem, cui quoque fuit filius nomine *Sigfridus* 50). Attamen non refragamur nuptiis *Adelheidis Vinariensis* intermediis; nobis quidem verisimile videtur, eam secunda vice *Bernoni*, *Wichmanni* nostri patri, matrimonio iunctam fuisse, *Wichmanni* enim matri idem fuisse nomen, supra iam satis probauimus. Primus eius maritus, *Adelbertus Ballenstadiensis*, occisus est circa a. 1064. 51) quo autem anno *Henrico de Lacu* nupserit, certo quidem non constat, at id saltem ante a. 1080. non est factum 52). Status Germaniae tunc sub *Henrico IV.* fuit perturbatissimus, praecipue in Saxonia, vbi proceres ab Imperatore iteratis vicibus bello petebantur, isti vero masculine resistebant. Quid igitur sibi & filiolis suis inter has turbas consultius duxerit *Adelheidis* vidua, vtrum viduitatem, an ulterius matrimonium cum *Bernone* vicino, Comite seu Dynasta Querfurtensi, qui ipsam filiolosque contra iniurias Caesareanorum aliorumque tueri poterat? Quae si ita sint, facile erit explicatu, quomodo *Wichmannus* tam praeclara praedia, ut decem et plurimum

eccle-

50) Crollii Addit. I. ad seriem Comitum Palat. illustratam p. 121.

51) vid. Annal. Sax. ad a. 1062. ap. Eccard. in Corp. med. aev. T. I. col. 493. Chronograph. Sax. ad a. 1118. ap. Leibniz. Access. hist. T. I. p. 285. add. Lenzii Beckmann. enucl. p. m. 30.

52) Tolner. Hist. Pal. Cap. XI. p. 281.



ecclesiarum aduocatum et patronum agere potuerit, his in otis, immo et in ipso pago *Orla* 53) consecutis sit: nam *Adelheidis* fuit coheres *Ulrici II.* Orlamundanor. seu potius Vinariensium Comitum vltimi, anno 1112. defuncti. Haec est coniectura nostra de *Wichmanni* acquisitione terrarum hac in regione et in pago *Orla*, quam tamen nemini obtrudimus, sed peritioribus examinandam commendamus.

OBSERVATIO IV.

De Monasterio in Eydersburg s. Ettersburgensi.

Diplomata nostra, secundum et tertium, Monasterii Ettersburgensis faciunt mentionem, cuius quia hominum memoria fere prorsus excidit, ex iis, quae de eo in Archivo Ducali reperire potui, historiolam iisdem diplomatibus subnectere eaque illud ab obliuione vindicare non incongruum fore duxi.

Situm illud fuit in hodierno vico *Ettersburg*, qui paret Praefecturae Vinariensi haeretque in orientali latere montis non incelebris *Ettersberg* dicti. Supersunt ibi adhuc aliqua Monasterii aedificia, veluti ecclesia, quae quondam fuit monachorum capella, et turris, reliquis post abolitionem naeuorum, quibus res sacra in eunte seculo XVI. scatebat, destructis et in usus meliores consumtis. Est inibi quoque arx Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis venatoria, quae vero superiori demum seculo fuit exstructa tandemque ante quinquaginta et quod excurrit annos a Duce *Ernesto Augusto* in formam hodiernam redacta.

Quem

53) vid. diplom. ap. Schoettg. et Kreyfig in Diplomatar. T. I. p. 690.
692. 695.


Quem ad modum monachi nunquam non in amoenissimis regionibus nidos sibi constuebant; ita et hic nil ex iis desideratur, quae ad loci cuiusdam salubritatem, amoenitatemque ut et ad vitae commoditatem conducere possunt. Ab occidente cacumina montis et sylua densissima arcent coeli et solis intemperiem, ab oriente autem oculi excurrunt in vastissimam planitiem, oppidis, vicis, villis, agris fertilibus, pratis et arboretis admirabiliter variegatam. Hinc optimo iure hic amoenis anni temporibus Musis litat Serenissima Princeps vidua, Optimi Principis mater, ANNA AMALIA, quae septemdecim annorum prudentissima clementissimaque harum terrarum administratione tutelari omnium bonorum cepit pectora sibique immortalitatem parauit.

Nomen vico a monte, cui inhaeret, esse inditum, nemo inficias ibit; sed vnde huic nomen *Ettersberg* enatum, de eo tot sunt fere sensus quot capita. Sunt, qui eius denominationem a voce Germ. *heiter*, serenus, ea ex causa deriuant, quia hic mons esset instar indicis tempestatis, ita, ut eius serenitas nunciaret coelum serenum 1). Sed dic, sodes, quaenam haec esset nominis ratio? Nonne eodem modo omnes montes altiores essent *Ettersberge*? Alii nomen deducunt a voce latina s. potius graeca: *Aether*, et montem latine vocant *aethereum*, quae est fere communis hac de re sententia. Ast, qui fit, ut antiquissimus et cum aquarum ex hac regione decursibus enatus mons nomen suum a Romanis aut Graecis, qui nunquam huc usque penetrarunt, repetierit? Quod si verbis ludere velimus, esset adhuc alia nominis deriuatio ab *Euter*, uberibus, quia nimis iste mons versus meridiem scinditur in duas partes, quarum eminentior dicitur *der grosse Ettersberg*, et inferior *der kleine*. Sed mittamus hos lusus capitum ab accuratori vernaculae cognitione vacuorum! *Eyder* denotat indaginem (*einen Haag*, *Hayn* 2), a quo non nisi dialecto differre videtur *Heyde*,

F 2 sylvam. *Bal* 3. *sylvos* sylva,

1) de Wette in incompta compilatione Historiae Vinariens. P. I. p. 18.
qui tamen, quicquid de hoc monte profert, ab Oleario in Synt. hist. Thur. P. II. p. 242: mutuatus est.

2) Eccard. Comment. ad LL. Sal. et Ripuar. p. 45, voc: *Bila*.



sylua, ericetum, et quidem situs sublimioris 3), quae cum optime conueniunt in montem nostrum, quid opus in Latium vel Graeciam tendere, vt nominis indigeni rationem inuestigemus? quam deriuationem non parum adminiculantur antiquiores montis denominations: *Eyheresberg*, *Eydersberg*, *Heydersberg* &c. Vel si manis, deducas nomen a Germanico *Etter*, *Ether*, *Eder*, *Ider*, s. *Itter*, septum, protensum, cinctura loci, quod verbum hodie num in Suevia viget, vbi iurisdictio et decimae distinguntur in *inner Etters* et *auffer Etters* 4), vt *Ettersberg* denotet montem, qui hanc regionem cingit versus occidentem. Immo superest adhuc alia nominis deriuatio ab *Ede*, aus, voce Celtica, quod in plurali habet *Edder*, vnde *Edderdunen*, plumae avium molliores 5). Per nos sumas deriuationem, quaecunque libuerit.

Vi vocis *Ettersburgum* initio non vicus, sed arx s. castellum (*Burg*) fuit, quod cum illi temporis successu casae quamplurimae accederent, in vicum excreuit. Reperiuntur adhuc in montis cacumine vestigia arcis destructae, sed hanc vico esse iuniorem, illam autem, quae initio hic fuit exstructa cuique proprie nomen *Eydersburg* inditum, in ipso vico extitisse nullus dubito. Nam *Ludonius Sandus*, Thuringiae Landgrauius, in Palaestinam tendens fratri *Henrico Rasponi*, post Regi Germaniae, iniungebat, vt castrum *Eitersburgk* in praeiudicium adiacentis Coenobii constructum diceret 6), qui ei quoque, quanquam serius, morem gessit 7). Hoc castrum fuit sine dubio illud, cuius ruderata in montis sublimitate adhuc supersunt. Non nescio, ab aliis Historiae plenioris

3) Schilter. Antiqq. Germ. Tom. III. p. 438. Wachter. Glossar. Germ. col. 685.

4) Haltaus. Glossar. col. 414. seq. Scherz. Glossar. T.I. col. 360. seq.

5) Leibniz. Collect. Etymolog. P. I. pag. 84. voc: *Adar*. Wachter. I. c. col. 334.

6) Histor. plenior Landgrauior Thur. ad a. 1227. ap. Eccard. Geneal. Sax. col. 420.

7) Hist. cit. ad a. 1228. ap. Eccard. I. c. col. 421. & ap. Pistor. S. R. G. Tom. I. p. 1324.

de Landgrauis Thuringiae, quae istud Coenobium expresse nominat *Reinhardisborn*, auctoritate impulsis castrum ab *Honrico de-structum* quaeri in confinio Monasterii Reinhardsbornensis 8); sed iam auctor Monastici Thuringiae 9), harum rerum et prae-cipue regionis Reinhardsbornensis optime gnarus, eiusmodi quid, quod huic sententiae opitularetur, in tota ista regione inuenire non potuit, id quod et nobis accidit, dum anno superiori haud procul a Reinhardsbrunno rusticaremur omnemque operam huic rei perscrutandae impenderemus. Suspicamur igitur, vel istius Historiae plenioris compilatorem Monasterium *Reinhardsborn* cum *Ettersburgensi* confudisse, vel quod verisimilius, descriptorem exemplaris, quo usus Eccardus, ex abundantia sapientia nomen Monasterii suppleturum male *Reinhardsbronnense*, vixote cuius in ista Historia saepius fit mentio, pro *Ettersburgensi* substipiisse. Nec leuis est haec nostra coniectura, vetusta enim versio germanica eiusdem loci Historiae plenioris per interpolationem depravata nil de Reinhardsbornensi monasterio continet, sed his utitur verbis: *Das Slos Eytersborg, davon das Kloster daby dicke Schadin genommen &c.* 10) Multo minus Polygraphi de Falckenstein, qui contrariam fuit sententiam et in parte geographicā Chronici Thuringiae, quae vero in herba periit, aliud *Eytersberg* in vicinia Reinhardsbunni monstrare voluit 11), apud nos ea est auctoritas, ut in alia eamus, est enim ea illorum, qui de pane lucrando scribunt, prava consuetudo, ut parum compta promentes lectoribus meliora promittendo saliuam mouere satagant.

Quo tempore primum et antiquius castrum in loco, ubi nunc vicus et arx venatoria, fuerit exstructum, monumentorum sub-sidio destitutus definire nequeo. Si coniecturam facere licet, forte eo

F 3


tem-

8) de Falckenstein Chron. Thur. Lib. II. p. 716. cel. Galletti Hist. Gothan. Part. I. p. 85.

9) Thuring. sacr. p. 107.

10) Sagittar. Hist. Gothan. suppl. II. p. 561.

11) loc. cit.



tempore, quo *Henricus Anceps Thuringiam et Saxoniam, pacts cum Sorabis inducitis nouenariis, vrbibus et arcibus muniebat, et castrum Eytersburg fuit conditum* 12). Attamen persuasum mihi habeo, mox arce enata etiam vicum enatum esse, quia iam auspicante Seculo XII. inibi fuit Ecclesia cum Canonicis, qui nunquam fere non hominum frequentiam secuti sunt. De huius Ecclesiae et Canonorum collegii fundatore itidem non habeo, quod proferam. Ista fuit *SS. Laurentio et Justino dicata, Canonici autem fuere Seculares* 13), qui quum ineunte seculo XII. liberius et luxuriosius viuerent, ita volente Comite *Wichmanno*, ante eorum Patrono vel Aduocato, tunc vero monacho, ab Archiepiscopo *Adelberto*, cui ille hanc Praeposituram tradiderat 14), cum fratribus Ordinis S. Augustini commutabantur 15). Factum hoc est inter a. 1115. et 1119. 16). Dubium non est, quin Canonici postque eos Monachi Augustiniani praedia, vnde victum et amictum sumerent, habuerint, nec errabimus, si ex iis, quae sequentur, inferimus, ea praeципue in *Suerstaedt, Heichelheim et Appolda* sita fuisse, quibus quoque sine dubio accesserat praedium Domini *Dammonis de Eidersburg*, quod *Adelbertus* forte non maiori pretio, quam *Wichmanni* Ecclesias et latifundia, acquisuerat 17).

Primus, qui Monachis nouiter institutis praeficiebatur, Praepositus fuit *Sinzo*, quem *Adelbertus* a pio et bene disposito vitae genere laudat 18).

A. 1123. *Adelbertus Episcopus monachis Ettersburgensibus concessit facultatem, sibi eligendi Praepositem, nec non baptizandi* 12) *et sepelien-*

12) *Mascov. de reb. Imp. a Conrad. I. vsque ad obit. Henr. III. Lib. I. §. 10. pag. 10.*

13) *de quor. differentia a Canonicis cathedralibus et collegiatis vid. d. Falckenst. l. c. p. 1199. Hallucinatus est Sagittar. in Hist. Comit. Glich. p. 235. vbi Parthenonem vocat hoc nostr. Monaster.*

14) *d. Guden. Cod. dipl. Vol. I. p. 396.*

15) *teste diplomate nostro II.*

16) *v. cel. Lauhn d. Wichmann. p. 13.*

17) *de Guden. l. c. p. 395. 18) per Diplom. nostr. II.*

sepeliendique 19). Eod. anno Praepositus Ettersburgensis *Synzo* instinctu *Wichmanni* Ecclesias Appoldanas superiorē et inferiorem, quas hic a. 1119. cum octo aliis Ecclesiae Moguntinae donauerat, pro Ecclesia in *Fluhrstaedt* a Praeposito Ecclesiae B. M. Erfurtensis *Embricone* recepit, additis insuper quibusdam bonis in *Hucheleiben* (*Heichelheim*). Sub idem tempus ossa Comitis *Bezelini* ad preces *Wichmanni* e superiori Ecclesia Appoldana translata sunt in Ettersburgensem 20). Qui *Bezelinus* 21) fuit sine dubio *Wichmannum* consanguineus, sed quisnam fuerit? aut quomodo *Wichmannum* consanguinitate attigerit? me plane fugit, nisi forte subsit *Burchardus* Comes, qui a. 892. Ducatum Thuringiae adeptus 22) et a. 908. Vngaris s. Hunnis Thuringiam potentibus manu armata resistens ab iis occisus est 23), atque a quo Serenissimos Electores et Duces Saxoniae deducit magnus his in rebus Eccardus 24), vel filius eius aquiuocus. Operae pretium forēt, curatius hanc rem indagare.

A. 1190. *Luto*, Praepositus Ettersburgensis, interfuit actui, quo *Christianus*, Æpisc. Mogunt. *Parthenoni Ichtershusano* quasdam sanctorum reliquias consecrauit 25).

A. 1227. Litem inter *Conradum*, Praepositum Ecclesiae Erfurt. B. M. V. et *Ulricum*, Praepositum Ettersburg. de Ecclesiis Appoldanis ortam diremit *Sigfridus* Æpisc. Mogunt. ita, vt istae Ecclesiae cesserint *Conrado*, *Ulricus* autem Ecclesiam in *Kezzeleri* vicissim acceperit 26).

A. 1280.

19) per idem Dipl.

20) de Guden. I. c. p. 56. 57. *

21) *Bezelinus* est diminutivum *Burchardi*. Eccard. Geneal. Habsburg. col. 71. 73.


22) Regino ad a. 892. ap. Pistor. S. R. G. T. I. p. 94. Annal. Sax. ad a. eund. ap. Eccard. Corp. med. aev. T. I. col. 230.

23) Marian. Scot. ad a. 908. ap. Pistor. I. c. p. 644. Sifrid. Presb. ad a. eund. ap. eund. p. 1032. Annal. Sax. ad eund. ap. Eccard. I. c. col. 238.

24) in Geneal. Sax. col. 46. seqq.

25) Schumacheri Collect. mixt. rer. Thur. P. V. p. 45.

26) vid. Diplom. nostr. III.



A. 1280. *Hermannus; Ottonis et Henrici frater, Alberti, Vicedomini ciuis Erfordensis, filius, fuit monachus in Hetersburo* 27).

A. 1299. *Bertoldus, Praepositus in Eytersberg, interfuit compositioni litis inter Monasterium Oldisleben et Ottonem Comitem de Anhalt de ligneto Indaginis subortae* 28).

A. 1336. *Monasterio Kaldenborn Albertus, Praepositus Eyttersbergensis eiusque conuentus, fraternitatem concesserunt, qua illud bonorum operum fratrum Ettersburgensium particeps factum et fratribus Kaldenbornensib. hac ex vita migrantibus paria cum ipsis Ettersburgensibus officia sacra promissa* 29).

A. 1342. *Monasterium Ettersb. emit XIV. marcis ab Henemanno Vizenich, Sculteto in Lutenthal (hod. Leuenthal) et ab Henrico dicto Puzch, filio Henrici dicti Puzch, militis residentis in Botelstetbe (hod. Buttelfstaedt) vnum mansum in campis villae Oberingen minoris (Klein Obring) situm, dictum Kalzenradeshue; quam emtionem Henricus miles, Dominus in Denstetbe (hod. Denstedt) cum filio Bertoldo 30) consensu suo approbarunt simulque proprietati ipsis in praedio vendito competenti renunciabant* 31).

A. 1362. *Monasterium nostrum contulit in Heidenicum Rappe pratum in Berlste, dictum die Twerchwiese (Zwerchwiese) iure Landsideliae (zu eime rechten Landsedele) 32).*

A. 1402. *Henricus de Molsdorf, residens in Oberingen maestre (Gros-Obring), eiusque filius Ioannes et vxor Thele, vendide-*

27) ex Dipl. Archivi Vinar.

28) Menck. S. R. Sax. T. I. col. 630.

29) Schoettg. et Kreyfig. in Diplomatar. med. aev. T. II. p. 732.

30) Hi Domini de Deinstete saepius occurruunt in diplomatibus a Reue-
nider. regdiss. amicissimoque Schneidero editis in Syllog. rer. Thur. in-
pensis Viariensi. I. p. 127. 139. II. p. 324. 330. 340. 349.

31) ex charta Arch. Vin.

32) ex Docum. Archiv. Vinar. Silentio praeterire non possumus, hoc
diploma esse primum Germanicum, sed litteris latinis conscriptum.

diderunt Coenobio Ettersb. censum vnius et dimidiae *Hubæ (Hufe)* in *Voilsburg* (hod. *Vogelsberg*). Traditio solemni modo facta est coram iudicio *Balthasaris*, Thuringiae Landgrauii, in *Voilsburgk*, praesentibus *Henrico Stobe*, iudice Landgrauii, *Dieterico Apparitore*, *Nicolao Krebs* et multis aliis fide dignis 33).

Eod. anno *Balthasar* Landgrauius cum filio *Friderico* prae-
buit consensum in hanc venditionem eamque ex potestate principe-
pali (*mit unser fürstlichen gewalt*) confirmauit, cuius rei testes
laudantur *Friczsche von Wiczleiben*, *Ritter*, *Heinr. Schyke von*
Madela (hod. *Magdala*) *Friderich von Sliniz*, *Voit zu Weimar &c.* 34).

An. 1407. Senatus et ciuitas *Vinariensis* vendidere *Henrico Poczendorffe*, Praeposito Ettersb. eiusque conuentui domum prope nouam portam et *Henrici von Vipecches* villam, quam ipsi emerant a Nobilibus de *Lichtenhayn* in *Doberczen* (hod. *Döbritschen*) commorantibus pro C florenis Rhenens. 35)

A. 1412. *Dietericus Henning* Praepositus Ettersb. et conven-
tus mutuati sunt LX. flor. Rhen. a *Dieterico Brechere* et *Iohanne*
eius filio in *Nuwinmarkte* (hod. *Neumarck*) habitantibus 36).

A. 1420. *Ioannes Swerstete*, Custos, totumque Capitulum Ettersb. Praeposito suo *Ioanni Hartmanno* publice sunt professi, aes alienum, quo tunc premebatur Monasterium, vnanimi omnium consensu et in ipsorum utilitatem esse contractum. Testes adfuere: *Dy gestrengen des goczbis man unde frunde*, *Jörge von Heyttin- gispurg* (hod. *Hetschburg*) *Hanns Gotefarde*, *Henrich von Molsdorff*, *Ditherich von Zchetin* (hod. *Schoeden*) *Ulrich Worm*, *Lutolf von Arnstete*, *Rispeler Monde* 37).

A. 1424. Comites Glichenses *Ernestus* et *Ludouicus*, fratres,
Ernestus senior, *Fridericus* & *Adolphus*, vicos *Eytersburg*, *Rams-*
la


33) ex dipl. Arch. Vin.

34) ex dipl. Arch. Vin.

35) ex dipl. Arch. Vin.

36) ex chart. Arch. Vin.

37) ex orig. Arch. Vin.



la & Ottern cum iuribus ipsis in Monasterium Ettersb. competenteribus Episcopo Mogunt. quo Dominum Blanckenhayn in feudum femininum commutaret, in feudum obtulisse feruntur 38), cui tamen ob id, quod sequenti anno factum, parum fidei tribuere possumus. Etenim

A. 1425. *Fridericus Elector Saxoniae eiusque frater, Dux Wilhelmus, Monasterium Eytersburgense ad sex annos ab omnibus exactionibus liberarunt hunc in modum: Dass wir angesehen grossen Armuth, Gebrechen und Verterbnisse und sunderlichen grosse Vnoerdnunge und Vorgengnisse geistlicher Regeln und Gotisdnistis des Closters zu Eytirsburg, darinnen dy geistlichen Herren der Regler S. Augustini Ordens daselbis kommen, und darumb zu voran, dass dieselbin geistlichn Herren des gnanten Clostirs zu Eytirsborg widder zu redelicher Regeln und Ordenunge mugen kommen, und Gotisdnist desto volkomelicher mugen gehalten, und auch das Closter widder zu redelicher Narunge, redelichen State und Rate brengen mugen, so habn Wir dem Closter Eytirsberg dy sunderliche Gnade gethan, und das Closter und alle ander yre Hoffe und Vorwerg, doran Wir Dinst ader Leger habn, recht und redelichen gefribet und friken in Krafft disis Brieves disse nechsten sechs Jar, die nechst nach eynander volgen nach datum disis Brieves &c. Gebn zu Sachsinborg, Dominica nach Bonifacii A. MCCCCXXV. 39)*

A. 1437. *Dietericus Kleinwerk, Praepositus Ettersb. cum omni conuentu vendidit Nobilibus (den gestrengen Jungherren) Petro & Dieterico Gansén 40) villam in Swerstete cum omnibus attinentibus sub pacto de retrouendendo, simulque promisit, se et*

Mona-

- 38) Sagittar. Hist. Comit. Glich. Lib. II. Cap. 2. p. 186.
- 39) Reinhard. Meditatt. de iure Princip. Germ. cum primis Sax. cirea sacra C. III. §. 15. p. 210.
- 40) Haec familia olim possedit praedium Denstedt, ubi adhuc quorundam ex ea supersunt epitaphia, quibus eorum arma gentilitia, anserem repräsentantia, insculpta sunt. Hodie, quantum equidem scio, est emortua.

Monasterium seruitia huic villa inhaesentia *Friderico Thur.* Landgrau ex aliis bonis monasterialibus esse praestituros 41).

A. 1438. Idem Praepositus ratam habuit venditionem, qua *Johannes Hartmann, Plebanus in Kesseler* *), dedit *Henczen Reygen* in emphyteusin agros et pratum (*im Berntal*) 42).

A. 1449. *Io. Hartmann*, Praepositus Ettersb. reluit censum ex uno et dimidio manso in *Voilsborg* praestandum, quem *Io. Schoubel*, quondam Monasterii Administrator (*Vormund*) alienaverat 43).

A. 1455. *Hermann de Gemen*, Praepositus Ettersb. cum conuentu dedit *Hermanno Worme* eiusque fratri *Burcardo*, in *Huchelheym* commorantibus, molendinum *Heichelheimense* cum manso terrae arabilis in feudum censiticum 44).

A. 1459. *Henricus de Moenster*, Praepositus Ettersb. sigilli sui appositione confirmavit transactionem inter *Nic. Heering et Dietericum Hartmann in Rinstate* (hod. *Reinsted* **), vic. Orlamund, super quibusdam bonis in *Bergern* (hod. *desolatum* ***) celebratam, de quibus bonis census annuus ad Ecclesiam in *Kesseler* erat praestandus 45).

A. 1460. Per *Henricum a Melbach*, Monasterii noui operis ante Halam Magdeb. Conuentualem, Monasterium Ettersburgense fuit reformatum, quem *Henricum* postea monachi Ettersburgenses sibi in Praepositum elegerunt 46).

A. 1471. *Hermannus de Eschwe*, Praepositus Ettersb. cum conuentu *Iohanni Schuchmann in Drosemicz* eiusque vxori *Catharinae (Kete)* dedit in emphyteusin pratum prope viam publicam *Rinstetensem*, imposito canone LX. grossor. quotannis *Plebano in Kesseler* praestandorum. 47)

G 2

A. 1474.

41) ex dipl. Arch. Vin.

*) hec *Kesseler* offendimus in Loeberi Hist. eccl. Orlamund. p. 307. & 633.

ex qua aliqua supra p. 19. not. 16) prolata corrigenda sunt.

42) ex docum. Arch. Vin.

43) ex dipl. A. V.

44) ex litteris feud. orig. Nec hic possumus reticere, hoc documentum inter ea, quae litteris germanicis exarata, esse primum.

45) ex dipl. A. V.

**) v. Loeber. l. c. p. 287.

***) v. eund. p. 636.

46) ex Act. A. V.

47) ex dipl. A. V.

A. 1474. *Wilhelmus Dux Saxoniae* varias *Georgium* inter et *Erwinum*, *Comites Glichenenses*, obortas controuersias decidit, quarum decima octaua concernebat *Erwini* iniurias Monasterio Ettersb. et Plebano in *Kessler* illatas, quasque Dux quatuor arbitris cognoscendas tradidit. 48)

A. 1477. *Erwinus Comes Glichenis*, cum consensu coniugis *Agnetis*, et fratri *Ernesti* huiusque filiorum, *Hectoris* et *Ernesti*, vendidit *Hermannus Jaen*, Praeposito Ettersb. eiusque conventui C florenis Rhen. vicum *Eyterspurgk* cum fundis, curia, horto, censibus, redditibus et subditis (*Mennern*) ut et cum iurisdictione in vico et extra illum, cum hac finium denominatione: A sylua adiacente infra arcem, quam tenet Nobilis *Eberhardus Vipecz*, circum Monasterium et arboretum, versus vicum *Ramsla* usque in viam gramini colligendo destinatam, vbi finiunt agri Monasterii. 49)

A. 1481. *Iohannes de Musebach*, Praefectus Roflauensis, iussu Ducis Sax. *Wilhelmi* discordias inter *Hermannum Eschewe*, Praepositum Ettersb. eiusque conuentum ex una parte, atque *Conradum Reynere*, Plebanum Heichelheymensem ex altera, de decimatione (*Tetzmas*) quorundam Monasterii agrorum gliscentes ita composuit, ut decimarum loco Plebano quotannis in die S. Michaelis farris duo et dimidius modius a Coenobio porrigeretur; cui compositioni a parte Monasterii interfuit *Erasmus*, Praepositus noui operis prope Halam, tanquam Praelatus et Generalis Ordinis. 50)

A. 1484. *Carolus*, Comes Glichenf. apud *Ernestum*, Sax. Electorem, conquestus est contra Comitem *Erwinum de Gleichen*, de pluribus turbamentis, interque ea de iniuriis Monasterio Ettersb. eiusque Plebano in *Kessler* illatis 51). Arrogabant sibi nimirum Comites Glichenes quandam Aduocatiam inferiorem in illud Mo-

naste-

48) Sagittar. Hist. Glich. Lib. II. Cap. 5. p. 216. vbi tamen male *Ruttersburg* pro *Ettersburg* positum.

49) ex docum. A. V.

50) ex dipl. A. V.

51) Sagittar. I. c. p. 219.

nasterium, quam ipsis tamen Duces Saxoniae nunquam non iure
meritoque denegarunt. 52)

A. 1492. *Iohannes Svein*, Plebanus in *Kessler*, hanc paro-
chiam resignauit, cuius in locum Praepositus et conuentus Ettersb.
Arnoldo Braven, Praeposito Ecclesiae B. M. V. in Erfurt, pree-
sentarunt *Iohannem Danzke*, quem idem Praepositus hoc in officio
confirmauit 53).

Eodem anno *Iohannes Francke* Praepositura Ettersb. vltro se
abdicauit 54).

A. 1497. Litterae compositionis, quarum ad a. 1459. memi-
nimus, post *Dieterici Hofmanni* mortem apud eius liberos repertae
ansam dedere liti inter *Gregorium Rymann*, Plebanum in *Kessler*,
et *Nicolaum Hering* in *Oberkessler*, (hodiernam *Kessler* *) quae inter-
positione *Henrici Mulch*, Praefecti Luchtenburgensis, fuit sopia 55).

A. 1500. *Iacobus Doliatoris*, Decanus et Conuentus Eccle-
siae S. Seueri in Erfurt, vendidere Praeposito et conuentui Ettersb.
vineam VI. iugerum in *Berlstedt* XXX. florenis Rhenanis. 56)

A. 1502. *Hartmannus de Kochberg*, Rudolstadii residens,
vendidit *Io. Bernardo*, Praeposito Ettersb. eiusque conuentui LXXX.
fl. Rhen. censem, quem ipsi debebat molendinum in *Wüsten-Bybra*,
et census varios in *Droesemitzs*, (hodierno *Droessnitz*) cum iuris-
dictione patrimoniali, quae omnia a *Gunthero Jun. Comite Schwarzb*-
burgico iure feudi tenebat, quam ob rem etiam hic Comes in hanc
venditionem consensit, secretum suum chartae dorso imponens 57).

A. 1503. *Iohannes Utisperg*, ciuis Erfurtensis, vendidit iisdem
census quamplurimos in *Ottmänneshusen* XXX. et dimidio flor 58).

A. 1509. *Io. Bernardi* (vti constanter scribitur) Praepositus
Ettersb. misit fratres *Wilh. Fabricium* et *Balthasarem Gering* in Au-
G 3 gusten-

52) ex Actis A. V.

53) ex litt. confirm. in A. V.

54) ex antiq. cop. in A. V.


*) v. Loeber. I. c. p. 307. cui opponetur
Pfarrkessel in conuale positum
hodie desolatum. Id. p. 633.

55) ex dipl. A. V.

56) ex doc. vendit. in A. V.

57) ex ipsis litt. vend. in A. V.

58) itidem.



gustensem, Constantiensem et Spirensem Episcopatus ad quaedam non nominata expedienda, qua de causa ipsis dedit litteras commendatitias 59) ad omnes Abbates aliosque Coenobiorum Antifitites.

Eod. anno *Marcus et Wigandus*, fratres de *Marck-Vippech*, vendiderunt Monasterio Ettersb. XLVII. florenis et quod excurrit, syluam (*am Igelsbach*) 60).

A. 1512. *Christophorus ab Utispergk* vendidit *Io. Bernardi* Praeposito et conuentui in Eyttersburgk XL. florenis quosdam census in *Ottmannshusen* 61).

A. 1514. Litigium super iure panis coquendi in *Schwerstedt* inter Monasterium Ettersb. et *Ioh. de Meusebach*, Praefectum Bottelstadiensem, coortum ita fuit sōpitum, vt huic quidem illud ius vna cum piscina eodem in vico sita relinqueretur, attamen cum onere, verris et tauri pro vico vniuerso procurandi 62).

Studio hic omitto multorum censum redimibilium, quibus tunc mutua ob usurarum odium palliebantur, otiosam recensionem, ex quibus tamen abunde appareat, Monasterium sub Praepositi *Io. Bernardi* administratione redditibus probe esse auctum.

A. 1516. *Antonius von der Sachsen* cum vxore *Catharina* vendidit *Io. Bernardi* Praeposito et conuentui Ettersb. XCV. florenis census quamplurimos in praefectura (*Pflege*) *Cappelndorf*, quos a Ducibus Saxoniae iure feudi tenuit, cui venditioni eam ob causam Dux *Johannes, Friderici* Electoris suoque nomine, clementissime annuit 63).

Eod. anno idem Praepositus et conuentus emerunt a *Balthasar de Wilsdorff*, in *Westgrussen* habitante, multos census in *Hottelstedt* XXX. flor. Rhen. 64)

Eod. anno idem Praepositus et conuentus, annuente Ordinis Praelato et Generali, *Io. Pals*, Praeposito noui operis prope Halam, vendiderunt *Ioanni de Meusebach* praedium *Schwerstedt*, quod

59) ex his ipsis litt. in A. V.

62) ex tab. transact. in A. V.

60) ex dipl. in A. V.

63) ex litt. vend. in A. V.

61) ex tab. vend. in A. V.

64) item.

quod antea *Io. Schütze* in *Steten* a Monasterio feudi iure habuerat, CMXLVI. florenis Rhen. 65)

Eod. anno *Sigismundus* Comes Glichens. et *Iohannes Pincerna de Tautenberg*, ambo in cura *Iohannis Comitis Glich.* vendiderunt *Ioanni Bernardi*, Praeposito in *Eytersburg* eiusque conventui tertiam partem vici *Ramsla D.* florenis Rhen. 66)

Pari modo *Hector* et *Adolphus*, Comites Glich. vendebant eidem Monasterio suas duas tertias dicti vici M. flor. Rhen. 67)

Quo facto idem Praepositus et conuentus nomine Comitum Glichensium eundem vicum a *Catharina, Iohannis Monch zu dem neuen Margke* (hod. Neumark) vidua, cui oppignoratus fuit, CM florenis Rhen. redemerunt 68).

Isti venditioni se postea opposuerunt *Sigismundus* Com. Glich. et *Iohannes Pincerna Tautenb.* in cura *Iohannis Com. Glich.* praeceps autem *Iohannes* Dux Saxoniae, cui ea in re territorii et servitorum iura non parum periclitari videbantur. Causa igitur per Ducis Consiliarios cognita venditio perpetua in retrouenditionem transformatabatur 69).

A. 1517. *Fridericus, Sapiens cognominatus, Saxoniae Elector,* condidit testamentum, in quo inter alia quinquaginta Monasteriis, quae inter *Ettersburgense* nominatur, M. florenos Rhen. legauit 70).

A. 1518. *Io. Bernhardi* Praepos. et conuentus Ettersb. *Ramslauiensibus* de censum grauitate conquestis eorum partem, attamen quibusdam sub conditionibus remiserunt 71).

A. 1519. Idem Praepositus et conuentus precibus Nobilis *Dieterici Worm* commoti vxori eius in molendino in *Heichelheim* cum attinentibus vitalium feudi iure concesserunt 72).

A. 1520. *Gregorius Plebanus in Kefler, Ioanni Knafero* ex singulari erga Apostolum Iacobum deuotione *Compostellam* (vulgo

65) ex orig. in A. V.

69) Sagittar. l. c. p. 233.

66) Mulleri Annal. Sax. ad h. a. p. 69.

70) Schoettg. Spicil. hist. Sax. P. XI.


67) Idem ibid.

p. 61.

68) ex doc. in A. V.

71) ex dipl. in A. V.

72) ex doc. A. V.



(vulgo *S. Jago*, urbem Galliciae primariam, vbi Iacobi mā. corpus requiescere creditur) iter religiosum facturo, litteras dedit commendatīas ad omnes Christi fideles 73).

Anno eod. *Ioannes Bernardi* et conuentus Ettersb. *Iohanni Bernardo*, ciui Vinariensi, qui plures agros (*in Asbach*) et pratūm (*über Kommers Teiche*) a Monasterio iure emphyteutico tenebat, concederunt facultatem, agros istos separatim alienandi, et pratūm ab omni nexu emphyteutico liberarunt. His in litteris singularis plane canon (*von ein Faeslein Meßbrod*) occurrit; fuit forte emphyteuta pistor; nec memoratu indignum, hunc ciuem post mortem suam Curatores *Fraternitatis S. Georgii in Weymar* sibi successores constituisse 74).

A. 1525. Adolescentē rei sacrae reformatione quoque Monasteria naeuis religiosis accensebantur. Quam ob causam et monachi Ettersburgenses, decem numero, exulabant, quo facto Monasterium sequestro datum, qui illud usque in annum 1545. administravit 75).

A. 1537. Dissidiae de iure agendi pascendique pécoris inter Monasterii Ettersb. administratorem, *Christophorum de Gutenshausen*, et incolas vici *Ottmannshausen* enatae per *Ewaldum de Brandenstein*, Praefectum Vinariensem, terminabantur 76).

A. 1545. Omnes fundi, vt et plurima aedificia Monasterii agricolis vendebantur, Ecclesia autem ob ruinam imminentem demoliebatur eiusque materia Capellae reficienda et pro incolarum numero, vt ea instar Ecclesiae utrantur, adaptandae maximam partem insumebatur. Quod ad reditus, hi fere omnes in constituenda augendaque parochorum salario impendebantur 77).

A. 1572. In diuisione terrarum inter Ducem *Io. Wilhelmum*, eiusque fratrī infelicis, *Jo. Friderici Medii*, filios, *Jo. Casimirum* et *Jo. Ernestum*, per Commissarios Cæsareos Erfurti facta Etters-

73) ex orig. har. litt. in A. V.

74) ex doc. A. V.

75) ex rationib. sequestr. in A. V.

76) ex ipsis tab. compos. in A. V.

77) ex Act. ref. Monast. in A. V.

burgum cum Vinaria eiusque regione circumiacente obtinuit Jo.
Wilhelmus 78).

A. 1603. in diuisione inter Ducem *Iohannem*, omnium ad-huc viuentium Ducum Ernestinorum communem satorem, et *Friderici Wilhelmi*, Pro-electoris, liberos, iterum cum Principatu Vinariensi peruenit ad Ducem *Iohannem* 79).

A. 1640. Diuisione inter *Wilhelmum*, *Albertum* et *Ernestum*, fratres Duces Sax. facta itidem Ettersburgum cum Ducatu Viniensi combinatum Dominumque nactum est *Wilhelmum* 80), cui quoque

A. 1645. in diuisione post mortem *Alberti Isenacensis* iterata mansit 81).


A. 1662. quo Ducis *Wilhelmi* filii, *Io. Ernestus*, *Adolphus Wilhelmus*, *Io. Georgius* et *Bernhardus*, terras paternas diuise-runt, Ettersburgum, tanquam villa Cameralis, *Bernhardo*, terrae Ienenis heredi, sicut attributum 82), sed

A. 1672. vltiori inter hos fratres, si *Adolphum Wilhelmum* excipias, facta diuisione iterum portioni Vinariensi Ducis *Io. Ernesti* accessit 83), nec ab eo tempore amplius in quandam diuisionem venit. Det Deus O. M. vt ex lumbis Serenissimi Ducis nostri, CAROLI AVGUSTI, quem mecum quisquis bonus ex animo deueneratur, heredes Principatum prodeant, quo quae semel coaluerunt, coniuncta maneant, nec vlla fatali diuisione diuellantur!

Quo

- 78) ex aestimatione portionum hereditariar. de eod. anno in A. V. Add. Mulleri Annal. Sax. p. 161.
- 79) ex aestimat. port. heredit. ciusd. anni in A. V. Conf. quoque Muller. l. c. pag. 233.
- 80) ex Act. istius diuisionis in A. V. Videsis Muller. l. c. p. 362.
- 81) ex Actis diuif. in A. V. Muller. l. c. p. 370.
- 82) ex Act. diuif. in A. V. v. Muller. l. c. p. 450.
- 83) ex Act. istius diuif. in A. V. add. Muller. l. c. p. 502.

H



Quo tempore et a quo arx venatoria *Ettersburgi* exstructa? nescio, probe autem scio, vti iam dictum, illam hodiernam sui formam debere Duci *Ernesto Augusto*, qui quondam vndique arcis rusticis exstruens, et hunc eiusmodi arcii aptissimum locum minime neglexit. Monumentorum praeter lapidem sepulcralem *Ludonici*, Dominorum Blanckenheynensium vltimi, anno 1416. defuncti 84), quae intra turrim muro alligata, nil plane superest: prodit autem vetusta schedula 85), et in xysto super porta duas effigies cum armis Orlamundanis extitisse, et in Ecclesia ante summum altare iacuisse lapidem sepulcralem, duabus effigiebus et armis Orlamundanis ornatam, quam vero *Praepositus grandaeuus* (qui fuit sine dubio vltimus, *Io. Bernhardi*) amoueri et introrsum versis effigiebus, extrorsum autem inciso exstructionis turris anno, huius muro applicari iusserit, attamen illam facile et sine vlo muri detimento iterum posse separari. Sit fides penes auctorem!

OBSERVATIO V.

De Wilhelmo Wernhero, Comite de Cimbern, Chronicí
Moguntini auctore.

Memoria pene excidit illustris quondam *Dynastarum Comitum-ve Cimberensium* s. *Zimberensium* familia, cuius terrae non tenues circum *Rotenburgum ad Nicrum*, Imperii ciuitatem in Suevia, sitae fuerunt 1). Ineunte seculo superiore cum *Wilhelmo*, gentis suae vltimo, *Ferdinandi I.* Austriae Archiducis, summo aulae prae-

84) Sagittar. l. c. p. 183.

85) quae seruatur in Arch. Vin.

1) Bruzen la Martinier. Lex. geograph. T. XII. col. 1685.

praefecto, sine prole mortuo, prorsus exaruit 2), quo facto Dynastiae pars successionis iure Principali *Fürstenbergiorum* familiae obtigit, cui adhuc paret, alia autem pars iure emtionis ad Rotenburgenses peruenit 3). Gentis genealogiam plures exposuere, qui eam ex Cimbris superfuisse existimant 4). Ex ea fuit Comes *Wilhelmus Wernherus*, qui quod in Observationibus I. et II. aliquoties citauimus, *Chronicon Moguntiacum* composuit, cuius paulo vberiorem notitiam in sequentibus sumus daturi. De eo haec profert *Lucaeus* 5): *Secundum ea, quae de illo comperire licuit, fuit rerum singularium amantissimus atque eruditus, cui Munsterus* 6) *multa manuscripta et diplomata antiqua de Cimbris, Ducibus Teccensibus aliaque debuit.* Miror sane, ipsi hoc de Chronico nil innotuisse, digno vtique, cuius saltim memoria seruaretur, si forte temporis iniuria periisset. Seruat bibliotheca mea ipsum eius autographum, attamen non integrum, sed primam tantummodo eius partem, quae vitas resque gestas Praesulum et Archiepiscoporum Moguntinorum a *Crescentio* vsque ad *Albertum II.* natum Marchionem Brandenburgicum, serie non interrupta continet. Cuilibet Praesulis vitae praemittuntur pro more illorum temporum arma eius gentilitia cum rota Moguntinensi coniuncta, quae cuius sint fidei vltra seculum XI. inter historiae mediae gnaros satis superque constat. Sunt tamen nitide expressa et coloribus heraldicis distincta. Quo lectoribus eo melius de totius Chronicorum oeconomia constet, ipsius auctoris utar verbis fronti voluminis primi manu eius propria inscriptis: *Diese Bücher sind fünfe mit A, B, C, D, und E, bezeichnet, gehorend zusammen und wa daz eyns von dem andern kem, so wer es nit mer ein gantz vollkummens*

H 2

werk,


2) Spener. Oper. herald. Part. spec. p. 604.

3) Celeberr. Busching. Geograph. P. III. T. II. p. m. 2296.

4) Münster. Cosmograph. Lib. III. C. 308. Henninges. Theatr. geneal. Tom. III. Part. I. p. 437. Spener. l. c. p. 147. Lucae. Occ. Comit. Imp. P. I. p. 808. et alii.

5) in Oeco Comit. cit. p. 815.

6) idem scil. qui scripsit Cosmographiam.



werk, dann darin werdend beschriben, das leben vnd geschichten
 aller ertzbischof von Mentz, sampt aller bischof der zwölf bisch-
 tumb so darunter gehörend, vnd ist dises Buch mit A. bezeichnet,
 das erst, so allein die materi des ertzstifts Mentz begreyfft, das
 ander aber mit B. bezeichnet, hält inn die geschichten der bischof
 von Worms, Würzburg vnd Aystet, So sagt das dritt mit C.
 bezeichnet, von den bischofen der stift Speyr, Straßburg und Ver-
 den, vnd das siert mit dem D. bezeichnet, begreyfft inn im die
 bischtumb Cür, Hildesheim und Paderborn, So hat das fünfft und
 bindereft Buch mit dem Buchstaben E. bezeichnet, inn die bisch-
 tumb Halberstat, Costentz vnd Augspurg, Disse fünf bücher hab
 ich, Wilhelm Wernher grave vnd her zu Zimbern selber mit grosser
 mü zusammen gebracht vnd ob den zwölf Jahren damit umgegangen,
 bis ich das alles, so hierinnen vnd in den andern büchern stet,
 erfragt, erfahren vnd zu wagen gebracht hab, die ich auch mit
 mein selbs hand geschriben, Darümb so pit ich meine erben, dieweil
 ich so viel arbeit vnd mue darmit gehapt, Sy wollend sy alle fünfe
 onzerthält bey ain andern vmb meinen willen behalten vnd lieb ha-
 ben, auch mein darbey im besten gedenken. Dises hab ich geschriben
 am zehenden tag Juny Anno Domini MDL. En pium desiderium,
 quo etiam illustris et Comitis dignitate insignis hic Chronographus
 vel incuria heredum, vel temporis iniuria excidit! Ceterum diligen-
 tis et perspicacis, immo et candidi scriptoris laude non est defrau-
 dandus, nec pro suo tempore scripsit ineleganter. Hoc chronicō
 quoque usus est, quem iam saepius nominauimus, inexhausta scri-
 bendi libidine, dum vixit, pulsatus de Falckenstein, qui tam
 in Chronicō suo Thuringico 7), quam in Analectis Thuringo-
 Nordgauensibus 8) ad illud prouocauit, simulque pro more edi-
 tionem eius cum annotationibus et diplomatis promisit, qua in
 re tamen fidem non liberavit. An ipsi omnes quinque partes ad
 manus fuerint, me latet quidem, de eo tamen subdubito, quia
 solummodo de viris Praefulum Moguntinensium, non aequa Archi-
 dioce-

7) Lib. II. p. 377.

8) Spicil. VII. p. 48.

dioeceseos Moguntinae suffraganeorum commemorauit. Nec diuersum a nostro esse videtur Chronicum manuscriptum in Bibliotheca Fratrum Eremitarum Conuentus Moguntini, cuius auctioritate Ioannis in *Commentario ad Serrarii Res Moguntiacas* plus simplici vice 9) usus est, verba enim ex illo prolata per omnia conspirant cum iis, quibus eadem res in nostro narrantur, quamquam in paginis inter se discrepent. Quia vero nostrum, vti ex omnibus apparet, est verum auctoris autographum, sequitur, vt Patres isti nudo vtantur apographo. Doleo perdoleoque adversam illustris et meliore digni Chronographi fortunam, qua quinque eius Volumina, Deus nouit, quot quasue in oras? dispersa in obscuro circumuagantur aut forte reliqua quatuor turi vel piperi inuoluendo insumta sunt. Evidemt lubens et aequissimis conditionibus primum et totius operis princeps Volumen essem relictrus, si reliqua Volumina in tabulario vel bibliotheca quadam superessent siveque omnia recollecterentur, quo facto vtiique esset optandum, vt coniunctim prelo mandarentur, quoniam de variis Archidioeceseos Moguntinae Episcopatibus parum aut nihil, quod historiae nomine dignum, adhuc habemus.

OBSERVATIO VI.


De Nicolao de Syghen eiusque Chronico Thuringiae.

Huius quoque Chronicus in Observationibus I. et II. et forsan alibi fecimus mentionem, hinc non abs re fore duximus, si et illud paulo accuratius describeremus. Seruat eius autographum Archivum Ducale, cui Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis gratia non sine

H 3

volupta-

9) e. g. S. R. Mogunt. Tom. I. p. 536. §. VII. not. 4) p. 537. §. X.
n. 1) &c.



voluptate praesumus. Incipit in anno nativitatis *S. Benedicti* h. e. CCCCLXXX. finitque in anno MCCCCXCV. Initio vitas Sanctorum praeципue ordinis Benedictini tractat vsque ad *S. Bonifacii* aduentum in Thuringia, a quo tempore historiam sacram et ciuilem orditur, eamque secundum seriem annorum, quibus quaelibet res gestae, prosequitur, ita tamen, vt praecipue ad ea, quae in Æpiscopatu Moguntino et Thuringia, maxime vero Erfordiae et in Monasterio *S. Petri* euenerunt, fere nunquam non respiciat. Ex collatione cum *Chronico S. Petri s. Sampetrino Erfurtensi*, quod *Menckenius* publicauit 1), mihi constat, vtraque Chronica in permultis locis iisdem vti verbis, sed praeterquam, quod Menckenianum tantum vsque ad annum MCCCLV. nostrum autem vsque ad a. MCCCCXCV. pertingit, hoc quoque fere per omnia est locupletius, quam ob causam mihi quidem videtur, Menckenianum esse vetustius, nostrum recentius, *Sygeniumque* in hoc compilando illo simul esse usum et pro antiquorum Chronographorum consuetudine integra loca ex illo in suum transposuisse. Stylus eius scatet barbarismis, nec ductus litterarum aliter, quam adhibita omni diligentia et arte pene deciferatoria legi possunt; sed has iniucunditates iustus rei aestimator cum auctoris accuratione et sinceritate haud aegre compensabit. Cuilibet igitur admirationem mouebit commune de hoc Chronico historicorum silentium: Nemo enim praeter unicum Reuerendissimum *Schneiderum*, cuius amicitiae causa haec scribo, in exquisitis suis *Collectionibus rerum Thuringicar. maximeque Vinariensium* 2) eius fecit ne minimam quidem mentionem, quanquam illius auctor non sit homo plane obscurus. Sic v. g. *Io. Maurit. de Gudenus* peculiari programmate Academico Erfurti a. MDCLXXXI. proposito, *Nicolaum de Syghen*, Chronicus nostri scriptorem, esse eundem Monachum Erfurtensem, a quo *Lambertus Schafnaburgensis* additionibus auctus 3), probare fatebit,

1) S. R. S. T. III. col. 201. seqq.


2) Collect. II. p. 179. 186. & 315.

3) vid. Pistor. S. R. G. Tom. I. p. 425. seqq.

git, qua in re, quippe programmate isto destitutus, nil definio. Deinde superesse dicunt in *Monasterio S. Petri Erfurtenſi* aliud huius *Syghenii Chronicon*, quod spisso volumine in folio fere non nisi huius Monasterii Abbates et fata secunda aduersaque contine-
ret 4). Frequentauit trinis vicibus hocce Monasterium ea inten-
tione, vt hoc Chronicon inspicerem, sed mihi tam esse felici
non licuit.

Quis et vndenam fuerit noster *Nic. de Syghen*, id ipſe in Chronico nostro prodiſit; ita enim initio a laude S. Benedicti facto: *Et hic nota*, inquit, *quod sicut Deus mihi testis est et hac manu, si debeo dicere, mea s. propria protestor et conscribo, quod in sequentibus nil falsitatis atque mendacii colligere intendo, quod ego*, frater Nicolaus de Syghen, monachus montis S. Petri Erford. professus, *ad laudem et honorem Dei sanctissimique patris nostri Benedicti et edificationem atque instructionem monachorum ex di- uersis hec comportauit &c.* Quod ad ſolum eius natale, id ipſi qui-
dam antecessorum meorum in Archiui custodia assignauit in terris Schwarzburgicis et quidem in vico Praefecture Paulincellensis, Singen; ſed hallucinatum eſſe, ex ſequentibus ipſius Syghenii ver-
bis ad a. MCCCCLI. conficitur: *Ego frater Nicolaus ante certos annos, cum eſſem in patria certis ex cauſis rationabilibus et piis et cum plures honeſte matrone et aliisque de consanguineis grata- ter me fuſciperent et manus mihi amicabiliter porrigerent, et ego nudas earundem manus ſecundum statuta regularia nude tangere nolle, ſubridendo dixerunt: Ach iſte et talis terminarius noster ord. S. Auguſtini omnes ancillas pretereuntes amplectitur, pene nulla famula ipſum fine amplexione preterire potest. Idem termi- narius in meo opido, in quo natus ſum, fuit lector promotus et predicator notabilis &c.* Fuit igitur non in vico, ſed oppido natus, caueasque putes, illum fuſſe nobilem, fuit enim olim monacho-
rum moſ, vt abiecto nomine gentilitio ſeſe appellarint de loco na-
tiuitatis. Quae cum ita ſint, vix alibi, quam in oppido Siegen,
quod

4) de Falckenſtein. Chron. Thur. Lib. I. Cap. I. p. 74. & 81. seq.



quod in *Westphalia* situm et Serenissimae *Domi*n*ii Nassouien*s*i par*et* 5), *Nicolaus* noster natus esse poterit. Teste Chronico suo Monasterium S. Petri a. MCCCCLXVI. intravit ibique usque in a. MCCCCXCV. fanus et incolmis permanxit. A. MCCCCLXX. cum octo fratribus sub Abbe*Gunthero* professus simulque in sacerdotem ordinatus est. A. MCCCCXCII. mittebatur in Monasterium *Reinsdorf*, ut Priorem ibi ageret et vitam monachorum corrigere*, sed hac re male cedente post XXXVII. septimanas permittente Abb. Gunthero reuersus est in Monasterium S. Petri. Alia manu, sed vetusta, Chronico in fine est assutum prope nomen *Syghenii*: *Hic ista collegit; obiit a. MCCCCXCV.* Hinc cum Chronico suo simul vitam finiuit. Plura nunc dare non possumus.**

5) vid. celeb. Busching. Geograph. P. III. Tom. I. p. m. 642. Bruz. la Martin. Lex. Geograph. T. X. col. 903.



Inseln!

H. Sax E 120

